Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0001-2

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ac. 12.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0004-9

# DE SVPPLICATIONIBVS SEV ERRORVM PROPOSITIONIBVS VVLGO REuiſionibus

*TRACTATVS OMNIBVS QVI in foro verſantur perquam vtilis & neceſſarius.*

AVTHORE DOM. PETRO REBVFFO DE MONTEPESSVLANO, Iurium Doctore ac comite.



B D

SPIRÆ
Typis Bernardi Albini, An. 1587.

## Ad Lectorem.

SVbiunxerat in ſuis operibus Petrus Rebuffus huic tractatui Edictum Ludouici XI. Galliarum Regis ſimiliter tractans de erroribus proponendis cum ſuis gloſſis. Sed quia Gallica lingua erat conſcriptum & præter textum gloſſæ ferè nihil quam ipſius edicti rationes & motiuas complectebantur, illud imprimere nolui, vt aliquo modo parcerem ſumptibus, & ne lectori Gallicæ linguæ ignaro moleſtiam crearem. Tranſcriptis tamen ijs & in ſuum commodum locum repoſitis, hiſq; notis interclusis * * quæ ad rem facere videbantur de quo æquum lectorem admonendum cenſuimus. Vale.

TRA-

# TRACTATVS DE SVPPLICATIONIBVS, SEV ERRORUM propoſitionibus incipit.

*Totius tractatus ſumma.*

SVpplicationis materiam frequẽtem eſſe, illam tamen parum ſecundum curiarum vſum tractatã dignoſcẽs, ad praxim, per quam facilè intelligi poſſit, redigere cupiens, ſequẽtia deſcribenda curaui. In primis quotuplex ſit ſupplicatio. Secũdo, quid ſit. Tertio, quomodo ſit inuenta. Quarto, quomodo introducatur. Quinto, quis

iſtam ſupplicationem poſtulare & impetrare valeat. Sexto, à quibus hæc ſupplicatio fiat. Septimo, an iudicatum pēdente ſupplicationis proceſſu exequendum ſit. Octauo, quoties ſupplicatio iſta recipiatur. Nono, quando concedi vel denegari poſſit. Decimo, intra quod tempus ſupplicationis inſtātia finiri debeat. Vndecimo, quę differentia ſit inter ſupplicationem & appellationem. Duodecimo, quis ſit ſupplicationis effectus. Vltimo, elucidabitur textus legum Regiarum huic materiæ accōmodus: quibus peractis ſupplicationi amplius locus non erit.

*Multiplex ſupplicatio quæ Deo & hominibus fit.*

1 Ad primum reſpondere poſſumus, quod multiplex eſt ſupplicandi vſus, de quo hic ſi vellem ſingula deſcribere, iuſtum volumen complerem: ſed quātum hanc reſpicit materiam, ſummatim proſequar. Annotandum eſt, quod interdum Deo optimo maximo

ſuppli-

ſupplicamus : ſed quia hoc ſpectat ad Theologos, ad eos nunc reiicio, & ad gloſſam plenam in clem. vna in verbo, orationes. de reliquiis & venera. ſanct.

*Supplicandi veterum mos.*

2 Interdum hominibus ſupplicatur: & apud veteres diu receptiſſimi fuit moris, vt ſupplicantes caput, dextram, genua eius, quam exorarent, ſupplices contingerent, nec totum tamen caput, ſed mentum modo: vt ſtatuere Homerus videtur, vel barbæ meditulliũ, quod ꝓbat Euripides: id vero διὰ τὸ πρακτικόν, quia ſit in nobis pars illa principalis, in qua logiſticon, id eſt, rationalis collocetur potẽtia. Dextram vero διὰ τὸ ἡγεμονικόν, quoniam inibi maxima inſit ad agendum facultas. Genua vero propter motus, & progreſſionis neceſſitatem: tria vero hæc ſymbolicè conſenſum, actionem, progreſſum ad ea quæ peterentur præſtanda, complecti videntur, teſte Cælio lib. antiq. lectio. octauo ca. 39. in fi. de ſupplicationibus, quæ Papæ

fiunt, dico in forma ſupplic. in praxi acquirendi beneficia.

*Verbo interdum & in ſcriptis ſupplicatur.*

3 Item iſtæ ſupplicationes aliquando verbo fiunt, ſiue voce in iudicio, vel extra, ſicut appellationes. l. 2. & ſequ. ff. de appella. & tanti ſunt momenti in voce, ſicut in ſcriptis: argu. l. non figura. ff. de action. & oblig.

Aliæ in ſcriptis fiunt, & vocantur libelli à Iureconſult. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff de officio procon. l. omnia, de regulis iur. & alibi ſæpius in iure.

*Supplicationes Parlamen. conſiliariis dari ſolent.*

4 Aliquando ſupremis ſupplicatur iudicibus, vt conſiliariis curiarũ ſupremarum: & hoc ſolet communiter in parlamentis exerceri, adeo quod pauca admodum in curiis ſupremis tractantur, quæ non fiant per ſupplicationem, poſtquam cauſa eſt inchoata, vel per literas

teras regias: & de his loquitur rubrica. *Des requeſtes preſentees à la Cour.* vbi dicetur in ordin. reg. ſed non omnia ſic deciduntur: ſed quando ea, quæ in ſupplicatione petũtur, cauſæ cognitionẽ deſiderant, in ea ſubſcribere ſolet curia. Requeſtam in iudicio faciat: & tunc audientia opus eſt, & præſidis auxilio, quod longiſſimum eſt, & latiſſimum: vt dicit. l. j. ff. de iuriſdict. omn. iudic.

### *Supplicationes quæ inferioribus offeruntur ante proceſſum, in proceſſu & poſt fiunt.*

5 Aliæ inferioribus offeruntur magiſtratibus, quod etiam frequenter in hac patria fit, vbi ſupplicationibus partes maxime vtuntur, tam rei, quam actores, & teſtes, & omnes quos cauſa tãgit, ſi quid à iudicibus conſequi, vel ſibi nocumẽtum vitare velint: ſupplicat autem quis interdum ante proceſſum, forte vt bona alicuius ſiſtantur, & arreſtentur: vt plene ſcripſi in tractatu de liter. obliga. artic. 6. & aliis multis modis

practicis notis. & probatur in l. j. C. vt lite pendent.

Interdum in proceſſu, & eo durante, & varie quidem, prout à nobis prouideri cupimus vſque ad ſententiam, vt ſupra. & probatur in l. 2. C. vt lite pendẽ. per doctor. & hoc melius ſciri ex iudiciorum exercitio, quam à iure poteſt.

Quandoque ſupplicamus poſt ſentẽtiam, & tunc iudici à quo, forte vt ad executionem iudicati procedat, iuxta l. à diuo Pio. ff. de re iudic. vel vt taxet expẽſas, liquidet fructus, ſeu alia faciat: vt dico in tractat. de exceptio. quæ cognoſci poſſunt poſt ſententiam: vt in l. j. C. de iuris & facti ignoran.

*Epiſcopus aduerſus ſui officialis ſententiam reſtituit.*

6 Item interdum epiſcopo ſupplicatur poſt ſentẽtiam ab officiali latam: & valet illa ſupplicatio, ſi epiſcopus in integrum reſtituere velit contra ſui officialis ſententiam. ita tenet Ioan. And. in cap. Romana, primo reſponſo. de appel.

pell. Iſtam opinionem ſequitur Panor. & alij in capit. ex literis. de in integrum reſtitutio. Ioan. Fab. in dicta authentic. quæ ſupplicatio. & iſta communis ſententia obſeruatur, teſte Aufred. in deciſion Tholoſa. quæſtione 479. vnde ſolent officiales in ſententiis eorum dicere, ſalua domini voluntate condemnamus, &c.

Aliquãdo ſupplicatio porrigitur iudici, ad quem eſt appellatum. & hoc variis ex cauſis, prout negotiorum qualitas occurrit, vt in rubr. de appel. per totum licitum eſt videre.

Aliquando ſupplicatur principiante areſtum, vt ipſe euocet ad ſe cauſam. de hoc dixi in tract. de euoc. abũde per cap. vt noſtrum. de appel.

*Supplicatio quid continere debeat.*

7 Notandũ eſt quod ſupplicatio cõtinere debet. Primo vt petenti proſit, & alij non obſit: vt l. reſcripta. C. de preci. Impera offeren. nam fœmina ſupplicare poteſt, vt fruatur dignitate prioris

mariti, licet nubat minoris dignitatis viro. l. fi. ff. de ſenato. facit l. ſi quis ſepulchrum de relig. l. j. §. vlti. ſi vſusfru. pet. l. habitatores. loco. Specu. in d. tit. §. ſequitur. in fin. & ibi Ioan. And. alioqui ſi alteri obſit, & cognitionem deſideret, non ſolet cōcedi niſi audita parte: vt ſuperius ſcripſi.

8 Nonnunquam ſupplicatur poſt iudicatum, & arreſtū, quod nullo modo per appellationem infringi poteſt, propter iudicis excellentiam, & authoritatem: * vt in Franciæ Curiis ſupremis, quæ tanta eſt, vt poſt eam ad alium non ſit recurrendū, nec ab ea reclamandum, nec retractandum, quod ab ea iudicatum fuerit, etiam per viam nullitatis aut aliam. Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, nō aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus. l. j. in fin. D. de offic. præfe. prætor. Et hæc eatenus procedunt niſi Princeps concedat, vt proponatur error,

ror, & hoc duobus interuenientibus. Primo quando hoc facit ex gratia ſpeciali: ergo non tenetur, vt infra dicetur numer. 45. quæ illi à iure conceditur vt hoc intelligere poſſit authenti. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imperato. offer. gloſſ. in cap. relatum. de præbend.

Item ex certa ſcientia de qua Feli. in & Doctor. in c. cum inter. de except. Et hæ clauſulæ tantum operantur, quantũ motus proprius, teſte Alexand. conſil. 3. in 5. volum. Barbat. conſi. 27. in 2. volum & conſi. 13. col. 8. in 3. volum. & Hipoly. in l. de vno. num. 24. de re iudic. & effectus quinquaginta motus proprij ſcripſi in forma mandati, in verbo motu proprio in concorda Franciæ.* & de hac ſupplicatione totus iſte complebitur Deo auſpicante tractatus, & proprie ſupplicatio eſt, quando à ſententia Regis, vel præfecti prætorio, ſeu parlamenti ſupplicatur. l. vna. C. de ſententiis pręfect. pętorio. Matthæus de Afflictis in conſtitution. Neapol. libro primo. rubr. 39. verſi. magnæ curiæ. fol.

104. Et quamuis errare quāta poſſimus cura cauendum ſit non ſolum in maioribus, verumetiā in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari: non eſt tamen conſequens, vt cōtinuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed ſi quis exiſtimet ſe ſcire, quod neſcit, pro vero quippe approbat falſum: quod erroris eſt proprium. capitulo quamuis, 38. diſtinctione.

## *Quid ſit ſupplicatio.*

9 SECVNDO quærendum eſt, quid ſit ſupplicatio, iſtā reſpiciens materiam. Reſpond. eſt quædam parte petente ad errorem facti cōtra iudicatum proponendum, quod per appellationē vel nullitatem retractari non poteſt, à Principe facta impetratio, ſiue conceſſio reiecta definitione. Panormit. in ca. ex literis, de in integrum reſtitutio. vbi ſic definit colū. ſecunda. ſupplicatio eſt quædam precum porrectio facta Principi, per quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantē aduerſus ſenten-

ſententiam contra quam non competit remedium ordinariũ: quia non conuenit materiæ, ſed potius reſtitutioni in integrum, quæ ab iſta differt, vt inferius dicetur.

10 Primo dico eſſe quandam impetrationem, ſiue conceſſionem: nã cum multę ſint impetrationes à Principe, vt dico in tractatu de reſtitut. ſeu releuamentis, iſta eſt quædã ex illis, & hoc elucidaui in tract. de excep. in definitione.

*Pars ſupplicationem petere ſolet.*

Secundo dico parte petente: nã Princeps ſine partis petitione non ſolet iſtã concedere, aliàs nõ diceretur ſupplicatio. nec ad partis ſupplicationem fieri, inferius tamen dicam, quando motu proprio concedatur. vide tamen quæ dixi in forma mandat. in verbo, motu proprio.

*Errore facti non iuris proponitur.*

11 Tertio dico ad errorem facti: quia ad errorem iuris proponendum nõ re-

cipitur quis contra arreſtum. vt l. præfecti. ff. de minoribus. non enim præſumuntur errare, qui omnia iura in ſcrinio pectoris habent: vt dicunt doctores in l. omnium. C. de teſtament. de principe qui omnia iura habet in ſuis conſiliariis, licet forte quidam ſint neceſſitatis. * Ergo ſi aliter cõcedatur non valebit per l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. non dubium. C. de legib. * vide infra nu. 70.

Quarto dico proponendum, quia pars illum errorem proponere, ſi velit ſibi conſuli debet, & propoſitum probare. l. j. ff. ſi quadrup pauper. fecis. dicatur. capitul. non eſt conſuet. in 6. ſcripſi in repetitione. l. diuus. ff. de ſenatuſcõſul. Silla.

Quinto cõtra quem proponatur error in definitione dicitur, contra iudicatum, ſed an contra quodlibet, audi ſequens verbum.

### *Vbi appellatio competit non proponitur error.*

12 Sexto reſtringitur erroris propoſitionem

ſitionem fieri tantum poſſe contra iudicatum, quod per appellationem retractari non poteſt: nam ſi competat appellatio, & ſic remedium ordinarium, non competet hoc extraordinariũ, per l. in cauſæ. ff. de minoribus. vt concludunt communiter iuris interpretes.

13 Septimo quando iudicatum nõ poteſt per nullitatem reſcindi: tunc ſupplicari & error allegari poteſt:* vt ſupra num. 8. in addi. dictum eſt:*

### *Supplicatio à Principe tantum obtineri poteſt.*

13 Octauo dico à Principe factam conceſſionem, non ab alio: & eſt textus in rubrica. *Du droict royal*, in ordinat. articulo primo. pro quo facit l. diui. in fine. ff. de pœnis. Et quia hæc ſupplicatio eſt meri imperij maximi: vt firmant doctores in l. imperium. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & ſic ab alio inferiore non præſtatur, alia in ſequentibus dicentur.

*Inuenta cur ſit hæc ſupplicatio.*

14 TERTIO quæro, cur inuenta ſit hæc ſupplicatio? Reſpon. ne auxiliū contra iniuriam, & iudicum incuriam denegetur, argumen. l. primæ. ff. de appellation. iuncta l. prima de iniur. & ne contra ius ſubditos grauari Princeps patiatur: & ne error vnius, vel plurium alteri quam errantibus noceat: nempe error vnius alteri non debet nocere. l. mādatum. ſecunda. ff. mād. nec credulitas vnius alteri. l. 3. §. ſed ſi ſic. de in rē verſo. Franc. Curtius in l. 2. in princip. ff. de judic. ideo error ipſorum iudicum partibus nocere non debet. Adhęc ne quis locupletetur cum aliena iactura l. nam hoc natura. ff. de condict. indebi. l. iure naturæ. ff. de regu. iur.

Et vt errores corrigantur: melius eſt enim ſe corrigere, quam ab alio corrigi expectare. §. primo, in authen. de nupt. collatione quarta. ſcripſi in l. quod iuſſu. ff. de re iudica, & dicitur maxime cōſiliariis in cap. qualiter primo. de accuſ. non pudeat vos errorem veſtrum corrigere

rigere, qui poſiti eſtis vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem diſtrictum, qua mēſura menſi fueritis, remetietur vobis.

Item ne inde iniuriæ oriantur, vnde iura naſcuntur, l. meminerint. C. vnde vi. c. qualiter primo, de accuſa.

Præterea ne res per errorem iudicū, & ſic iniuſtè acquirantur: acquirerētur enim per hoc iudicatum per errorem, & contra veritatem latum, & tamē acquiſitiones iniuſtas lex prohibet in l. ſi filiusfa. D. de iud. & in l. j. & per totum. D. de condict. ob turpem cauſ.

*Iudicatum per errorem iudicatum dici non poteſt.*

15 Vltimo iudicatū per errorem non poteſt dici propriè & ſimpliciter iudicatum, ſicut teſtamentum. in l. cum teſtamentum. C. de iur. & facti ignoran. nullius autem eſt errantis conſenſus. l. non idcirco, ibidem. & l. ſi per errorem. D. de iuriſdictio. omnium iudicū. ergo iſtud arreſtum nō poteſt dici arreſtum

poſtquam per errorem latum eſt: ideo hanc ſupplicationem rectè introductā ad hoc reformandum, palam eſt.

*Introduci hæc ſupplicatio quomodo ſoleat.*

16 QVARTO, quomodo introducatur hæc ſupplicatio? Reſpōd. pars victa in Senatu, à quo non licet appellare. l. vna. C de ſenten. præfect. præto. ſupplicabit regi capello depoſito, & genibus flexis teſte Azo. in ſumma de precibus Imperat. offerend. quem citat Ioan. And. in additio. ad Specul. in titulo, de ſupplic. §. j. in princip.

*Forma impetrandi ſupplicationem.*

17 Sed aduertendum eſt, nā pars, quę vult proponere errorem, aut errores, debet primo eos ex proceſſu elicere, & in ſupplicatione in membrana deſcripta illos connumerare: & iſtam poſtea ſupplicationem pars offeret Cancellario, qui ſupplicationem & alia documēta, per quæ errorem probare pars vult, tradit

tradit libellorum magiſtro, aut cõſiliario magni cõſilij, qui refert omnia cõſilio, quod ſuper hoc ſtatuit, an error, vel errores adſint: & ſi conſilium cõcludat errorem adeſſe, vel non, illã concluſionem referet is, cui erat ſupplicatio à Cãcellario data, & oſtendet Cancellario, qui regi iſta refert.

*Cancellarius ſine regis permiſſu literas ſupplicationis non concedit.*

18 Et Rex demum ad Cancellarij relationem has ſolet denegare, vel concedere literas. *Henry, &c.* Et ſic cancellarius ſine Regis mandato literas non ſolet concedere: licet quidam cõtrarium dicant, per glo & docto. in dicta authẽ. quæ ſupplicatio. & hoc probat d. Paul. Pariſien. cõſilio cxviij. domina. columna prima. nume. 6. & ſequent. in primo volum. Ideo ad iuſſum & præceptũ Regis Cancellarius literas concedet: formam illarum literarũ vide in ſtylo magnæ Cancellariæ. * Et ſic nota quod nõ ſufficeret, ſi ſolo verbo Princeps vellet:

vt poſt arreſtum aliqui cognoſcerent, quia literæ requiruntur hic: quamuis tantum valeat actus ſine ſcriptura, quã-tum cum ſcriptura. l. pactum bona fide. C. de pact. Et literæ debent eſſe patẽtes & authenticæ l. vna. C. de manda. Princip. ſcripſi in §. præterea, de colla. in cõcorda. & ſic non valerent literæ non patẽtes, vel Epiſtolæ, ad hoc vt per eas derogaretur iudicatis ſupremæ curiæ. *

*Literæ ſupplicationis quid continere debeant.*

19 Item in illis literis prædicta narrantur: & diriguntur illi parlamento, quod iudicabit & mittet rex articulos errorum clauſos, & ſigillatos ſub Cancellariæ ſigillo, & ſententiam, ac cõcluſionem magiſtrorum: à quibus fuit cõcluſum errorem videri interueniſſe, mãdatque Rex ac præcipit dicto parlamento, vt errores ac omnia alia videãt, & diligenter in eis procedant, vocatis magiſtris libellorum, & partibus ac aliis euocãdis: facta in primis depoſitione

ne duplici mulctæ, quæ aſcendit ad ſex viginti libras, hodie ad duplũ: Rex etiã præcipit vt corrigãt errorem, vel errores, ſi qui ſint committendo primo hoſtiario vel ſeruienti de citãdo partes ad diem competentem, de quo certificare parlamentum teneatur: ecce in ſumma quid cõtineant dictæ literæ, & quomodo prius cauſa prouiſionis erroris introduci debeat. hoc ſcribitur in ſtylo parla. in rubric. de ſentent. & arreſt. ordin. quarta & in prima parte rub. inſtructiones abbreuiatæ ad habẽdum notitiam ſtyli curiæ parlamenti, &c.

20 Item pars literas apparitori, vel hoſtiario tradit, ad citandum partem: quia ab in ius vocãdo incipere oportet. §. omnium. de pœna temere litigant. in Inſtitut. & iſte ſeruiens citat, & diem præſtituit, ac de his relationem facit: quæ omnia parti tradit, quæ ſupplicationem impetrauit: & poſtea pars debet adire parlamentum: vt in l. prima. C. de precibus Imperato. offerend. ſcribitur ibi, quem adire cura.

*Mulcta apud grapharium deponi ſolet.*

21 Demum pars proſequens errorem die præſtituta ſe præſentat in parlamẽto contra partem aduerſam, poſtea ſupplicationem parlamẽto porrigit in qua narrat literas ſibi conceſſas, citationem partis factam, rogatq́ue curiam, vt aperire errores clauſos velit, & præceptum fieri parti, vt cõpareat certo die, & hora coram graphario, ad dictã mulctam duplicem apud eum deponendũ, vel apud alium authoritate curiæ committendum.

22 Curia viſa partis ſupplicatione & requeſta, ſolet dicere articulos aperiendos dandamq́ue copiam illorum parti aduerſæ, decernitque diem & horam ad comparendum, & videndum conſignationem fieri apud actuarium & grapharium, atque ad dendum defenſiones, & actori replicationem, ac reo duplicationem intra tempus ordinationis concedit.

*Errores non expreſsi in literis accipi an poſsitn.*

23 Poſtea reus dat defenſiones. actor replicationes, reus duplicationes: & inter procuratores concluditur ad ius ex apunctamento illorum vt dicunt: & omnia illa in ſacco reponũtur, & non miſcentur inter alia acta: ſed ſic iudicabitur proceſſus ſine alia productione: nec partes reciperẽtur ſi de nouo aliquid producere vellẽt, vel alia errata, vltra ea quã in ſupplicatione Regi ſeu Cancellario data expreſſa ſint, teſte Imberto in Inſtitut. forenſ. libro ij. §. ſed ſi appellationem, tamen ego putarem alios errores ex proceſſu elicitos recipiendos eſſe, licet non ſint expreſſi: quia mẽs Regis eſt, vt error vel errores corrigantur: ſi igitur non eſt iſte error expreſſus in literis, poterit tamen & debebit à conſiliariis admitti, & erratum eſſe iudicari & hoc ſeruatur.

*In quibus debeant condemnari partes.*

24 Poſtremo ſi proponẽs errorem

ſuccumbat,& condemnatur in expenſis,damnis & intereſſe: ſi autẽ obtineat, condemnabitur reus ad reſtitutionem rei,quam conſecutus fuerat ex arreſto & ad fructus perceptos, & percipiẽdos à tẽpore arreſti lati: & emẽda depoſita ei reſtituitur: & curia ſolet dicere erratum.non in quo, & facile hoc non pronunciare ſolet.

*Supplicationem quis poſtulare poßit.*

25 QVINTO, quis ſupplicationẽ iſtam poſtulare & impetrare poſſit, & errorem contra iudicatum proponere? Reſpond. Omnis per errorem condẽnatus ab eo, à quo appellari non poteſt dicta authẽ. quæ ſupplicatio: ſiue is ſit Regi ſubditus, ſiue non.

*Non ſubditus etiam ſupplicationem impetrat.*

26 Ideo à non ſubdito Regi condẽnato in parlamento poſſe hanc impetrari, & concedi conſuluit Bald. conſil. ccxvij.

ccxvij.ego puto.in tertio volum. vnde ſi Anglus vel mercator Hiſpanus fuerit à Senatu Pariſienſi cōdemnatus, vel ab alio Franciæ parlamento, hāc impetrabit à Rege ſupplicationem, ſi errore cō demnatum ſe eſſe putat, id eſt, iudices erraſſe, cum iſta ſupplicatio ſit data in releuamen oppreſſorum, ſicut appellatio. l. prima. D. de appellat. ob id tam à ſubditis quam extraneis condemnatis perperam, & per errorem ſupplicatio impetrari poterit: nec bene faceret princeps, qui omnibus iuſtitiā debet, ſi extero denegaret, vel ſubdito, ſic per errorem condemnato, dum tamen modo omnia faciat, quæ huic actui neceſſaria ſunt: dixi articul. j. num. 17. & 24. ad edictū ſcilicet Ludouici XI. alias huic tractatui annexum.

*A quibus ſit ſupplicandum.*

27 SEXTO, à quibus ſupplicandū ſit? Reſpond. ab illis, à quibus appellare de iure non eſt liberum, ideo à Papa nō appellatur. capit. cuncta. xix. quæſtione

tertia.ſed ab eo ſupplicatur ad eundem c.ex literis.de in integ.reſtit.Archid. in c.anteriorum.2.q.6.

28 Secũdo à principe nõ cognoſcente ſuperiorem ſupplicari poteſt,non autem appellari.l.j.D.a quibus appel.non licet.ibi, & quidem ſtultum eſt illũ admonere, à principe appellare fas non eſt,cum ipſe ſit,ad quem prouocatur:ideo à Rege Franciæ dubium non eſt appellari non poſſe.

29 Idẽ etiam dicũt in Rege Nauarrę, quia à ſententia Regis etiam ſi ſuperiorem recognoſcat, appellari non poteſt, vt aſſerit Bald.in l.prima.in fi.D. de officio præfect.prætorio.refert Paul.Pariſien.conſilio cxviij.Domi.columN.prima.volumine primo.& idem dicit Iaſ. in Venetis.in l.ex hoc iure.de iuſtitia & iure.columN.quarta.numero 26. idem dicunt in duce Mediolan. Idẽ etiã ſcribit Pet. Pau. Pariſiẽ.in duce Sabaudię, dicto conſil.cxviij. Domina. in j.volu.

30 Tertio nec à præfectis prætorio, appellatur.l.vna.C.de ſent.præf.præto. ſed ab illis ſupplicatur: vt hic & capitul.

ex literis. de in integrum reſtitu. c. cum cauſa. de re iudic.

31 Quarto appellari non poſſe à Senatu ad principem oratione diui Adriani effectum eſt. d. l. j. §. j. D. à quibus appella. non licet. Ideo à parlamentis Frãciæ non appellatur, ſed ſupplicatur, vt notorium eſt omnibus. Quod intelligendum eſt, de quocunque Senatu: tanta enim eſt authoritas & poteſtas vnius quàm alterius, in cauſis ſibi commiſſis, ex text. in §. aliud. in authen. vt ſpon. largitas. colla. 9. ibi, quoties ſententia glorioſiſſimorum præfectorum cuiuſcunque regionis proferatur.

32 Quinto à conſilio priuo, ſeu, vt vulgo dicunt, *Du conſeil priué*, nec ab ſtricto eius conſilio appellari fas eſt: quia princeps ſolet in illo adeſſe, & fingitur ipſum hoc iudicare, ob id non appellatur: tamẽ ab ipſo ſupplicari poſſe, ſi rex ſupplicationem recipere vellet, quod æquum eſt vt ſufficiat, ſi erratum ſit.

33 Sexto idem in magno conſilio Regis, vt ab eo ſupplicari ad principem ſit liberum, nõ vero appellari, quia vice

fungitur Senatus, & ſicut à Senatu non eſt fas appellare, nec à magno conſilio: vt plene ſcribit Ioannes Montaigne in tractatu de authoritate magni conſil. & quia Rex loquitur, etiam in illo magno conſilio.

34 Septimo à ſummis vectigalium iudicibus, id eſt, à generalibus iuſtitiæ nō appellatur, ſed poteſt ab illis ſupplicari, ſicut à Senatu, vt habetur in ordin. generaliū, ſiue ſint generales Pariſien. iuſtitiā adminiſtrantes, ſiue in Monteſpeſſulano: quia par eſt iſtorum iuriſdictio, vt eſt in ordina. regul. generalium. Montiſpeſſulani videre.

*An à magiſtris computorum appellandum ſit.*

35 Octauo à magiſtris computorū in caſibus computa tangentibus nō appellatur: quia in illis ſunt iudices ſupremi, ſed ab illis ſupplicari poſſet. In aliis vero caſibus ad curiam ſupremā ſæpius vidi appellari: quia in illis non ſunt iudices ſupremi vt in computationibus, & quia

& quia computationibus ſunt prefecti: ideo turpe eſſet ignorare ius computationum, in quo verſantur l. ſecunda. §. Seruius autem. D. de origin. iur. & Cicer. Tuſcula. quæſtione libro ſecundo. tamẽ in illis error proponi, ſi ſit, poteſt, & ſupplicari.

*A locatenentibus Regis an ſit appellandum.*

36 Nono dicunt quidam à locatenentibus Regis in aliqua prouincia, vt de locumtenente linguæ Occitanæ ad principem ſupplicandum, vt in rub. D. de offic. proconſul. Ego putarem illum tanquam delegatum habendum, & ad principem appellãdum, ſeu ad curiam eius ſupremam: quia multo maior eſt poteſtas totius curiæ, quam vnius locũ tenentis: & hoc deberet princeps declarare: quia iſti locumtenentes, ſeu eorũ vicegerentes ſolẽt ſæpe abuti, qui vſurparunt poteſtatem ſupremam, vt nulli parlamẽto ſubiici velint: ſed ſicut locuſtæ eſſe volunt: & mirandũ eſt cur Cancellarius hoc non reformet: quia multi

abuſus committi ſic ſolent. & rubr. *Du droict Royal*, articulo primo recitatur vſurpatio eorũ, qui ſolebãt cognoſcere ſine appellatione, & alia iura vſurpare regia: quod ibi rex prohibet: ob id parlamenta Franciæ inſequendo illam ordinationem deberent illos refrenare, ne deinceps iſta vſurparent.

### *Quando iudices qui iudicarunt non interſint ſupplicationi errorum.*

37 Decimo ab illis, quibus Rex cauſam committit, vt iudicent appellatione remota, in aliqua cauſa, tanquam ſi ipſe princeps adeſſet, non poteſt appellari, vt probatur in cap. paſtoralis. de appel. ſupplicari ab illis tamen non prohibetur, cum hoc ſit ſubſidiarium appellationis deficientis remediũ. Tamẽ ipſi poſtea errores non iudicabũt, ſed curia parlamãti, in curiis imperij iudicarunt, cognoſcet illis præſentibus, & de his erroribus ſtatuet, vt habetur in ſtylo parlament, rubric. inſtructio abbreuiatæ ad habendum notitiam ſtyli curiæ parlamen.

lamen. & de modo procedendi in eadē.

*Arreſtum an ſit exequendum pendente ſupplicationis proceſſu.*

38 SEPTIMO, an arreſtum pendente ſupplicationis proceſſu ſit exequendum? breui reſpondeo exequendum, data tamen cautione de reſtituendo omnia, ſi iudicatum retractetur. d. auth. quæ ſupplicatio. gl. in c. ex literis. de in integr. reſtitu. & Card. in cle. vna. q. x. de cauſ. poſſeſſio. ſequitur Tremol. in addit. ad Huber. de bona Curſo in rubri. de impediment. executio. & cauſæ nullitatis. verſic. 5. quia ſupplicatio. Panormi. in cap. ſuſcitata. de reſti. in integrum. Matth. de Afflict. deciſi. Neapol. q. 341, lata eſt ſententia. Carol. Ruinus. conſi. xliiij. viſis omnibus. in 2. volu. & ſi hæc cautio non præſtetur ante executionē. irrita erit, ſicut dicitur de vſurario, qui non præſtitit cautionem de reſtituendo vſuras ante teſtamentum, vt non valeat teſtamentum. c. quanquam de vſuris. in 6. ſic & in hac cautione, vt

docet Guido Papæ q.j. qa hæc curia, & an cautio iuratoria admittatur, ſi pars dicat ſe non inuenire aliam. Guido Papæ ibidem tenet quod ſic. & deciſi 189. circa materiam. vbi dicit ita fuiſſe concluſum per l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. & docto in rub. D. qui ſatiſda. cogant. ego non vidi cautionem dari in hoc regno Frãciæ, ſed executionẽ faciẽdã pendente proceſſu, pronunciauit Senatus Pariſiẽ. anno 1540. die 4. Ianuarij.

*Arreſtum executioni mandatur etiam pro illo qui errores allegat.*

59 *Imò fuit iudicatum in hoc Pariſien. Senatu pro D. de Toureuille. quod arreſtum executioni mandaretur pro illo etiam, qui errores allegabat, in aliis articulis, in quibus non dicit erratũ, anno 1543. in menſe Ianuario, quod eſt notandum, vt arreſtum exequi poſſit, tam pro impetrãte ſupplicationem, quàm etiam pro parte aduerſa. In illis tamen articulis, in quibus pars non proponit erratum fuiſſe, etiam die 15. Martij,

tij, anno 1544. fuit dictum arreſtum exequendum in illo: vbi erratum proponebatur, videlicet in hæreditatis petitione, ſed hoc ab vna parte tantum.

*Executio etiam in expenſis fit.*

40 Non tamen fiet executio quoad expenſas arreſti, ſed expectabitur ſententia propoſitionis erroris confirmatoria, vel infirmatoria, vt in conſi. Neapol. magno aſſerit fuiſſe iudicatũ Matt. de Afflict. in deciſ. Neapol. q. 231. deciſi. regia. & ſemper obſeruatum. Nos tamẽ Galli ſeruamus contrarium, vt exequi tam in expenſis quàm in principali liceat: vt dico in tractat. de ſenten. execu. articu. xvj. & eſt ordin. regu. rub. *Des cauſes poſſeſſoires beneficiales*. artic. 12. quia acceſſorium ſequi debet naturam principalis, per regulam iuris. & ſcripſi in tracta. de lit. ciuil. glo. 6. in fi.

*Reſcriptum differens arreſti executionem non valet.*

41 Item non valere reſcriptũ aſſerunt

docto. ſi princeps mandat, vt arreſti exe cutio differatur: & hoc eſt propter curiæ ſupremæ authoritatem, nec illi reſcripto ſtari debet de ſtylo parlemẽtorũ, vt firmat Guido Papæ in deciſione Delphin q. 420. in hac curia. dicens reſcriptũ nõ valere, vt ſententia nõ mandetur executioni, donec de meritis cauſæ reuiſionis fuerit cognitum, quia eſt contra cõſuetudinem, & ſtylum ipſius curiæ: & pro hoc facit lex probatorias. C. de diuer. offic. lib. xij. & nunquam talibus reſcriptis obtemperatum fuit ſecundum eundem.

42 Tamen ego vidi literas ſtatus cõcedi tempore belli, in Senatu verificari in quibus mandatur, quod ſuperſedeatur ab executione arreſti. vſque ad tale tempus, & xv. dies poſt ſuum reditum à militia: ſed regulariter non ſolet ſcribi cõtra arreſti executionem, ne eluſoria ſint. per l. ſi prætor. D. de iu. niſi ex cauſis, quas ſcripſi in tracta. de literis ciuilibus, & de literis ſtatus.

*Quoties erroris propoſitio recipitur.*

OCTA-

43 OCTAVO, quoties iſta erroris propoſitio recipi, & admitti debet? Reſpond. ſemel tantum, cum ſit remedium gratioſum, & ſic extraordinariũ. l. ſi qui. C. de precib. imper. offer. doct. in c. ex literis. de in integ. reſtitu. Aufre. in deciſio. Tholoſ. q. 479. quia error in prima receptione corrigi poteſt: & intelligitur de prima erroris reuocatione l. boues. §. hoc ſermone. D. de verb. ſig. vbi abunde ſcripſi, licet contrarium teneat Tremol. in d. rubr. de imped. executio. verſi. 5. ſi à ſententia idem docet Guido Papæ conſ. 139. literæ in reuiſione, quæ fiebat in Delphinatu, quia loco ſupplicatiõis huius cedebat, & ideo eiſdẽ regulis regi debebat, & ſemel tãtum ꝓponi: vt in tract. de lit. ciu. dico in pręf.

44 * Mihi autẽ videtur, quod ſi eadem pars bis vellet ſupplicare, non reciperetur, per d. l. ſi quis. quia ſemel tantum hoc iudicatum retractari fas eſt. l. fi. D. de colluſio. detegen. Diuerſum eſt ſi pars aduerſa nũc vellet dicere errorẽ maximum interueniſſe in dicta ſupplicatione iudicata: tunc poſſet princeps

hoc recipere, vt fuit viſum in parlamẽto Delphinali, teſte Guido. Papę, q. 345. à ſententia. & conſi. 139. literæ. col ij. nã in prima erroris pronunciatione magis forte fuit per fauores erratum, quã antea eſſet. igitur de integro errore proponi poterit per alteram partem: quia nõnunquam ſuperiores bene latas ſententias in peius reformant. l. j. D. de appell. ſed (vt puto) ſine magnis fauoribus nõ obtineretur hæc ſecũda erroris propoſitio: quia magna inſurgit præſumptio pro iſto iudicato vltimo, per l. Herennius. §. j. D. de euictio.

*Quando ſupplicatio concedatur.*

45 NONO, quando concedi poſſit, vel denegari? Reſpon. quoties Princeps vult: quia hoc eſt voluntarium: & poteſt eam princeps recuſare Bald. in l. fi. C. de leg. non debet tamen. ſi iuſtum ſit, alioqui iuſtitiam denegaret: quod nõ debet facere, cũ Regũ proprium ſit facere iudicium, & iuſtitiam. c. Regum. 23. q. 5. & hoc docet Bald. in l. princeps.

D. de

D.de legib.& Præpoſit. in rubri. de appella.colum.ij.& dicit text. in cap. cum ex literis.de in integrum reſtit. ibi nos ſupplicationem eiuſdē eccleſiæ admittere debeamus,præſertim quia ſententia Romanæ ſedis non denegatur poſſe in melius commutari, cum aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſi pro conſideratione ætatum,& temporũ,ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatiue quicquam ordinare decreuit.

*A principe denegante propoſitionem erroris an poſsit appellari ad futurum concilium.*

46 Tamen ſi princeps eam recuſaret,etiam in caſu in quo obtineri debet de iure non eſſet ad futurum concilium appellandum: nam ſicut qui à Papa talem interponit appellationem, nō videtur ab hæreſi alienus eſſe,cum non habeat ſuperiorem, nec ab aliquo iudicari poſſit niſi in certis caſibus à conſilio generali.c.omnes qui.22.diſtinct.c. nemo aliorum,& ſeq.9.q.3.Hoſtien.&

Ioan. And. in cap. propoſuit. de conceſ. præben. Floren. in ſua ſumma in tertia parte rub. xxiij. cap. iij. §. iij. ideo non licet ita appellare à pontifice Romano.

47 * Sic etiam non videtur alienus à quodam læſæ maieſtatis crimine, qui à Rege noſtro ſic appellat, cum non habeat in temporalibus ſuperiorem, vt de eo teſtatur Papa in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. ſic firmat Baldus & Iaſon in l. finali. C. communia de leg. Dec. in cap. in præſentia. col. 19. nu. 28. de probat.

48 Ideo Pius Papa ſecundus prohibuit à Papa ad futurum appellari concilium & qui ſic appellauerit, excommunicationē ipſo facto incurrit, à qua nō poteſt ab alio abſolui, quàm à Papa, niſi in mortis articulo. voluit etiam ſic appellantes incurrere illas pœnas, & cenſuras, quas rei maieſtatis & hæreticæ prauitatis incurrere dignoſcuntur. hoc ſtatutum fuit anno 1549. iiij. Calen. Februar. vt eſt ſcriptum in fin. primi tomi conſiliorum general. quod tamen reprobat Vgo in ſuo libr. ſynodia vgoni-

ca de conciliis, dicens eſſe contra ratio-
nem naturalem, vt grauato non liceat
ſe defendere. ibi vide alia.

*A principe ſupremo quando ſit appellandum.*

49 Poterit tamen à principe appellari, quando ad relationem alterius ſententiam protulerint, per l. j. in princip. D. quando appel. ſit. Roman. conſi. 521. circa. & Socin. conſil. cxcv. circa princi. verſicu. poſtremo. in ſecundo volumi. vbi dicit ſe obtinuiſſe hoc in Papa Ferrariæ. idem tenet Paris de Puteo in tractatu ſyndic. in prima parte, verſic. ſubiicio. fol. 51. in paruo volumin. & ſic hodie cum principes ad relationem alioſum ſoleant ſemper fere iudicare, ab illis appellare liceret, quod tamen non ſeruatur.

50 Item appellatur à principe malè informato, ad eundem bene informatum. l. j. §. quæſitum. D. de appellation. l. j. C. de relatio. Bald. in l. fina. illo titul. Mart. Lauden. in tractat, de princip. art.

42.facit cap.ſententiam.35.q.9.ca. cum apud.11.q.3.gloſ.vlti.in rubric.de cauſis in pragmat.

## *De Philippo Macedonum Rege.*

51 Vnde cum Philippus Macedo. rex, cuiuſdā Machetæ dormitabūdus cauſam audiſſet, illumque condemnaſſet, & ab eo illum appellaſſe intelligeret, interrogauit, ad quem? reſpon. Machetes, Ad te ipſum, ô Rex, ſi expergiſcaris: qui poſtquam iterum cauſam audiſſet, iniuriaque cōdemnatum eum cognouiſſet. iudicatum non reſcidit, ſed pecuniam ad quam primo Machetes condemnatus fuerat, perſoluit: vt eſt videre in apophthegma: Plutar. in vita Philippi.

52 Et peccaret princeps, aut Papa, ſi talem appellationem nō admitteret, quia iuſtitiam denegaret, teſte Cardin. in clem. paſtoralis. de re iudic. & Chaſſ. in catalog. gloria mundi. in 4. parte cōſider. 24. nume. 103. & an non ſubditus à Rege condemnatus ad Papam poſſit appellare. Bald. conſilio xxvij. ego puto, in

to,in

to, in 3. volu. vbi concludit non eſſe appellandum, ſed ſupplicandum, per cap. nouit. de iudic.

*Ab ordinationibus non eſt appellandum.*

53 Hodie in hoc regno tenendum eſt, quod nullus à Rege appellare poteſt. & ideo anno 1417. die Februarij fuerũt à Senatu declarati rei læſæ maieſtatis hi, qui ab ordinationibus regiis, & eius reformationibus appellauerant. vide quę ſcripſi in rubri. de conſtitut. in concord.

54 Sed concludit Alexander conſ. 78, in cauſa in 4. volu. ſupplicationem principi fieri poſſe, etiam ſi ſtatutum diceret non poſſe ad ſuperiorem haberi recurſum in aliquo caſu: quia debet intelligi de ſuperiore per appellationẽ: ſed non de principe, qui non poteſt ligari per illud ſtatutum. per l. digna vox. C. de legib. l. princeps. D. eo.

*Caſus in quibus ſupplicatio nõ cõceditur.*

55 Sunt autem aliqui caſus, in qui-

bus ſupplicatio iuſtè denegatur. Primus eſt, quando illi quibus prius errores oſtenſi ſunt, dicūt nullum errorem interueniſſe: tunc princeps non concedet ſupplicationem; & ſi cōceſſerit, parlamentum pronunciabit erratum non fuiſſe, ſi ita interuenerit, & condemnabit impetrantem ad expenſas, vt inferius dicetur.

56 Secundus eſt, vt ſi pars poſt biēnium impetret, eidem recuſantur literæ, vt in l. vna. C. de ſenten. præfect. præto. & d. authen. quæ ſupplicatio quamuis olim vſque ad 30. annos reciperetur, vt dicit glo. in verb. parlamentum. in titu. de concluſion. eccleſiæ Galli. in prag. ſequitur Benedict. in repe. c. Raynutius. in verb. mortuo. 1. num 273. de teſt. * Chaſſan. in conſuetu. Burgund. in prœm. in ver. *de nos parlemēts*. nu. 4. *

* Computatur autem biennium à die pronunciationis arreſti, & nō à die quo concluſum fuit, quia etiam appellationis tempus à die latæ ſententiæ, computandum de iure erat. l. j. §. biduum. D. quando appel. ſit. hodie à die notitiæ illius

lius c.concertationi.de appel. in 6.*

*Poſt annum non recipitur ſupplicatio.*

57 Et ſi pars poſt biennium impetraret, deberet condemnari in expēſis, damnis, & intereſſe, & in duplici emenda, & tamen non cognoſceretur de errore, vt inferius dicetur: niſi princeps didicitis & compertis rei meritis aduer ſus huius temporis ſilentium reſtituat, teſte Imber. in lib. 2. pag. 246. quod non ſolet facere princeps, nec cōtra ordina. ſcribere.* Quia literæ ſupplicationis poſt biennium impetratæ per importu nitatem conceſſæ præſumuntur. Multa enim conceduntur per importunitatē, quæ aliàs non concederentur. l. j. C. de peti. bon. ſubla lib. 10.

Hodie intra vnum annum per ordi. nouiſſimam articu 5 audi quæ dicat. *Et au lieu de deux ans qu'ils auoyent par les anciennes ordonnances auront ſeulement vn an, pour ſatisfaire à ce qu'ils eſtoyent tenus fournir & ſatisfaire dedans les deux ans ordonnez par les dictes ordonnances.*

Si tamen pars ꝓteſtata fuerit, & proſecuta fuerit intra tempus, tamen propter fauores non potuerit literas obtinere, ſi tamen poſtea obtinuerit: valebũt, vt plenè probat Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. q. lxxviij. in cauſa. & dicit Archid. in ca. anteriorum. 2. q. 6. quod in conſiſtorio principis qualitercũque appellans ſit impeditus, non currunt ei tempora. idem tenent doctores in authen. ſed lis. C. de tempo. appel.

*Lex Hiſpaniæ.*

58 Tertius caſus eſt, quando ſupplicans errorem allegatum non probat, condemnatur tunc ad mulctam ſex viginti librarum Pariſ. & ad expenſas, dãna & intereſſe, vt eſt in ord. regu. deſcriptum & Io. Vauren. in tract. de ordi. iudicio. rubri. quomodo appellandum à ſententia parlamenti ſit. ſequitur Bened. in repe. ca. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 480 de teſt. & in verb. mortuo. 1. nu. 272. ibidem. vbi ſuperius dictum fuit. In Hiſpania vero condemnatur ſupplicans ad mille quingentas duplas: vt vidi in conſtit. Hiſpan.

59 Hodie per ordi.reg. inferius deſcriptas tenetur impetrãs deponere ducentas quadraginta libras, antequam audiatur ad proſequendas literas impetratas; ne homines facile contra arreſta, quę fixa, ſicut polus Articus eſſe debẽt. veniant, & illa ludibrio ſint. l. ſi prætor, D. de iudic. vnde Franciſcus ſic ſtatuit, *Que ceux qui voudront propoſer erreur, ſeront tenus de conſigner la ſomme de douze vingts liures Pariſis*. & iſti legi tanquam nouiſſimæ ſtandum eſt. *

*Sed quid de paupere qui hanc ſummam conſignare non poteſt?*

Reſpondeo, ſi prima facie appareant errores, recipi debet ad proponendum illos cautione etiam iuratoria data per l. generaliter. C. de Epiſcopis & clericis. Et hoc etiam in ordin. antiquis dicitur. & pro hoc facit rubri. D. qui ſatiſdare cogantur. vbi Iaſ. ſcribit, & hoc nominatim fuiſſe concluſum in parlamento Delphinali aſſerit Guido Papæ in deciſ. 189, circa materiam: ſcripſi in

tracta.de ſent.excom.art.j.

*Reus volens proſequi an peponere teneatur?*

Sed ponamus pars impetrans ſuppli cationem ſi poſtquam conſignauit & depoſuit dictam ſummam, non curat, vt audiatur, vel in ſupplicatione procedatur: Sed pars, quæ obtinuit arreſtum, vult proſequi, an teneatur conſignare, videbatur quod ſic, vt æqualitas in iudiciis ſeruetur. per regu.iur.c.in iudiciis. de reg.iur.in 6. Et priuilegium conceſſum vni litigantium extenditur ad aduerſariũ.l.fi.C.de fruct.& litium expẽ. c.j.de iudic.in 6.& iſti ſunt correlatiui. Ergo quod in vno ſtatuitur, habebit locum in alio per l.fi.C.de indic. viduita. tollend.l.j.C.de Cupreſſis.lib.11. Bart. in l.fin.D.de acceptil.

Contrarium tamen concludit Fran. Marc.in ſuis deciſ.q.164.quia hæc pœna eſt impoſita ſupplicanti, non aduerſario:& pœna non eſt extendenda. reg. ord.de regul. iur.in 6. nam appellatus proſequi poteſt appellationem quam

emiſit

emiſit appellans ſine metu mulctæ, licet appellans non proſequatur. text. in c. ex parte. ſupra in fin. de reſcrip. Et diuerſa eſt ratio in ſupplicāte, & in aduerſario: quia ſupplicanti imponitur propter temeritatem & audaciam: eo quod arreſtum quod firmum eſſe ebet, velit retractare & inutile eſſe, ac eluſorium: quia præſumit lex pro ſententia, ergo & fortius pro arreſto. l. Herennius. §. Caia. C. de euictio. Sed pars aduerſa tēdit ad arreſti confirmationem: petit enim pronunciari non fuiſſe erratum, & arreſtum vtile declarari, etiam quia coactè proſequitur. cum ſit prouocatus: & ideo illi nō imputatur per l. j. §. cum arietes. D. ſi quadrup. paupe. feciſ. dica. quia iudicium in inuitū redditur. l. inter ſtipulantem. § j. D. de verbo. oblig. Et ſi fuerit dictum non fuiſſe erratum cōdemnatur impetrans ad mulctam arbitrio vltimorum iudicū, alioqui quilibet impetrare vellet, & non proſequētur contra l. conſentaneum. & authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. *

*Error in acceſſoriis non liberat ab emẽda.*

60 Quid ſi error fuit in aliquo acceſſorio probatus, an pars per errorem proponens teneatur ſoluere dictam emendam? Videtur quod non, quia bonum eſt argumẽtum totius ad partem. l. quæ de tota. D. de rei vendi.

*Hiſpania conſtituta.*

In contrarium facit, quia opus eſt in cauſa principali errorem probare: nam error in acceſſoriis non vitiat principale, ergo arreſtum remanet ſine errore, & ſic validum: igitur pœna debebitur. hoc inuenio in lege Hiſpanis omnibus conceſſa per conſtitutionẽ Ferdinandi & Iſabellis anno 1489. die 4. Aprilis. nẽpe qui arreſtum dicit latum ob errorẽ, hoc debet probare: licet probet in acceſſoriis, tamen hoc non proderit, nec quidem quo ad expenſas: alioqui daretur quotidie materia proponendi errores, & omnia curiæ placita ſubuertere: & acceſſorium nõ regit principale, nec

trahit

trahit, ſed econtrario: ſic l. cum principalis. D. de regu. iur.

Nec obſtat ca. Raynutius. de teſt. vbi in appellatione ſufficit aliquod grauamen probare. Reſpon. verum in appellatione, quæ ſecundum ius commune eſt, ſecus eſt in erroris propoſitione, quæ eſt extraordinaria, & exorbitans à regula iuris: ideo hoc non procedit, vt inferius dicetur.

*Supplicatio an concedatur ſi appellatio denegetur.*

61 Quartus caſus eſt, vt dicũt quidam ſupplicationem repellendam, quando quis de iure communi excluderetur ad appellandum, vtpote, ne liceat tertio ꝑuocare l. vna. C. ne liceat tertio prouo. ſic nec ſupplicare. Bartol. Bal. & alij ibi, & Aufrer. in deciſ. Tholoſ. q. ccccclxxix. ſed hoc non ſeruatur: imò recipi ſolet ſupplicatio, etiam ſi appellatio non recipiatur, dum tamen error probetur, per glo. in ca. ex literis. in ver. ſupplicauit. extra de in integ. reſtit.

& Franciſ. Curt. in l. imperium. numer. 108. D. de iuriſdi. omn. iudic. per gl. in l. fi. C. vt lite pendē. & in literis ſupplicationis debet exprimi tertia ſententia: alioqui literæ erunt ſubreptitiæ, teſte Guido. Papę conſil. cxxxix. Literę. quia ex ſolo iuris rigore procedit, vt non liceat tertio appellare: ergo princeps ex æquitate poterit iſtam recipere ſupplicationem, & prouidere ſupplicanti, & contra ius diſpenſare, cum ſit legibus ſolutus. l. princeps. de legibus. Franciſ. Marc. in deciſion. Delphinal. q. 55. in ſecunda parte.

62 Quintus, ſi arreſtum ſit confirmatorium duarum ſententiarum, non licebat ab eo ſupplicare, teſte Henrico Boër. in ſuis ſingul. in rubri. in integrū reſtitut. in verbo, mino. in fi. plenè Ioā. de Imol. conſi. cxlij. & cxlv. contrarium vidi in hoc ſeruari.

63 Sextus, poſt decem dies non admittēdam ſupplicationem, niſi ſaltem intra decem dies fuerit proteſtatus. dicunt docto. in dicta authen. quę ſupplicatio. ſed in hoc regno ſupplicatio adiecto

iecto errore impetratur intra annum,

*Poſt appellationem renuntiatam an ſupplicari poßit.*

64 Septimus caſus eſt, in quo ſupplicatio non recipitur, quando renunciatum appellationi eſſet, vt firmat Cynus in l. fina. C. vt lite penden, Imola in l. j. §. fin. D. à quibus appel. non licet. & Præpoſit, in c. ex ratione. colum. penul. de appellationib. Corſet. in ſingu. incipiente, Querela. in ſecundo. Aufrer. in deciſ. Tholoſ. quæſtione 479. Item certum eſt. Calca. conſilio xvj. Viſis. numero 88. verſi. & quia diuerſum eſt, quando non poteſt haberi recurſus ad arbitrium boni viri, iuxta l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. D. pro ſocio. & ibi Bartol, quia tunc ſupplicari poterit propter enormem læſionem: vt conſuluit Paul, conſilio lxx. Quia fruſtra. colum. ſecunda. in primo volumine. vide tamen Iaſ. in dicta authen. quę ſupplicatio. columna ſecunda. & Hipolyt. de Marſil. in practica ſua. §. oportune. numer. 68. ſed in

hoc caſu etiã ſupplicatio recipitur: quia renuncians vni remedio, non perdit aliud l. de pecoribus. C. ad legem Aquil. vnde licet pars acquieſcat, vel renunciet appellationi interpoſitæ in parlamento, poterit tamen ſupplicationem ciuilem impetrare, vel reſtitutionem, ſi dolum partis, vel circumuentionem alleget. Panormita. & alij in dicto capi. ex literis. de in integrum reſtitu. Franc. Marſil. in deciſio. Gratianop. q. 55. in ſecunda parte. ideo quando remouetur appellatio propter contumaciam. vel culpam partis, tunc nõ poteſt impetrari ſupplicatio: alioqui contra. glo. in ca. ex literis. de in integrum reſtitu. ſic conſuluit Carol. Ruinus cõſ. 157. de tribus. 2. q num. 17. & ſequen. in 5. vol. ſed qui licitam prouocationem omiſit, perpetuò ſilere debebit: nec à nobis imprudens petere per ſupplicationem tentet. l. fi. C. vt lite penden.

65 Octauus in poſſeſſorio etiã nõ admittitur erroris ꝓpoſitio.* ſiue ſuper recredentia, ſiue ſuper pleno poſſeſſorio arreſtũ latũ ſit, ſiue in materia beneficiali, vel

li, vel alia eccleſiaſtica. ſiue ꝓphana. Ratio: quia pōt haberi recurſus ad petitorium, & ſic ad ordinarium remedium. Et ideo ceſſabit ſupplicatio, quæ eſt remedium extraordinarium. l. in cauſæ. D. de minor. & poſſeſſorio finito petitorium eſt accipiendū, non erroris propoſitio c. cum dilectus. & ca. paſtoralis. de cauſa poſſeſſio.

Item ratio eadē dari poteſt. quia cauſa poſſeſſorij eſt parui momenti & præiudicij c. j. de cauſa poſſeſ. l. fin. C. qui legi. perſonam ſtandi in iudicio habent: & poteſt in petitorio reuocari, ob id ſtatuitur, vt nullus in poſſeſſorio ſupplicationem impetret: quia ſi in poſſeſſorio erratum fuerit, petitorij iudicatum reuocabit.

Nec me mouet, quod interim is, qui poſſeſſionem obtinuit, poſſidebit. verum eſt: ſed in mora modici temporis non erit magnum præiudicium. l. ſi debitori. vbi dixi. D. de iudi. l. quoties. C. de precib. impera. offer. quia in petitorio condemnabitur ad fructus perceptos à tempore litis conteſtatæ ſuper

poſſeſſorio. ideo ſuper hoc ꝓuidebitur.

*Supplicatio contra ſententiam interlocutoriam non recipitur.*

66 Nonus, non admittitur ſupplicatio, quando parlamentum pronunciauit appellationem recipiendam, vel reſpuendam: ſuper iſta autem interlocutoria, vel alia etiam habẽte vim definitiuæ, non recipietur ſupplicatio, teſte Spec. in titul. de ſupplica. §. j. verſic. quod autem. & §. differt, per l. ſi quis. C. de precib. Impera. offerend. & in l. vna. ne liceat tertio prouocare. ſed tunc demum quãdo agitur ſuper cauſa principali: & ita ſcribitur inferius in ordinatio. & in ſtylo parlamen. rubri. de ſent. & arreſtis ordinat. iiij. vbi ſic ſtatuitur, vt nulli de cætero concedatur gratia proponendi errores cõtra arreſtum interlocutorium: quod ſi ſecus actũ fuerit, nullum eſſe decernimus, & etiam quod non valeat, facit c. 2. vt lite pendẽ. & Præpoſit. in c. ex ratione. de appellat. quia grauamen in definitiua reparari poteſt.

poteſt.c.cum ceſſante.de appellat. Aufrer.deciſ. Tholoſ.q.ccccIxxix.. & licet non poſſit reparari, tamen ſupplicatio non admittetur.

67 Quamuis aliàs ſi ſtatuto vel cõſuetudine prohibita ſit appellatio ab interlocutoria, ſupplicatio tamen admitti debet:vt not.Petrus Ferra.in ſua pract.in forma ſenten.interlo.ſuper incompetent.iudicis. verſi.ſed quæreret aliquis.Panor.& alij in ca.ex literis. ſed loquitur de alia ſupplicatione,& nõde iſta,quam practiciproपoſitionẽ erroris vocant:ideo in hoc regno eſt prohibita ſupplicatio ab interlocutoria per legẽ regiam,igitur recipi non debet.

*Pro modico non datur ſupplicatio.*

68 Decimus caſus pro re vili & modica non debet recipi erroris propoſitio.l.ſcio.D.de in integ.reſtitut. modicam ſummam vel magnã arbitrio principis relinquo.argumen.l.penul.D.de iure delibe.& c.ſtatutum.§.inſuper, de reſcript.in ſexto. & bonum eſſet legem

ſuper hoc fieri, quæ ſummam taxaret, quia non eſt id faciendum, in quo plus expenditur, quam lucri percipitur. Bar. per illum text. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribut. lib. x. Feli. in c. nonnulli. col. j. de reſcrip.

*Semel erroris propoſitio recipitur.*

69 Vndecimus caſus, vltra ſemel recipi non ſolet, ne in infinitum protẽdatur. c. ij. de reſcrip. in 6. vt ſuperius abunde ſcripſi in 8. q.

*Error iuris non allegatur ſupplicatione.*

70 Duodecimus. ſupplicatio non petitur ad errorem iuris proponendũ, ſed facti ſic: hoc Aufrer. firmat in deciſ. Tholoſa. q. 472. qa in iure Senatores & alij nominati ſuperius in 6. q. non ſolẽt errare. Nam ſicut omnia iura in ſcrinio pectoris habet princeps. l. omnium. C. de teſtamen. c. j. de conſtitu. in 6. quod eſt intelligendum per ſuos cõſiliarios, doctores, & licenciatos, illi adſiſtentes, ſed non in capite ſuo, teſte Cyn. in dicta l.

dicta l.omnium.gloſſ.in l.2. C.ſi contra ius.Barbat.in rubri. de teſtamen. colū. xxxv.& Fel.in capit.nonnulli. column. xxiiij.de reſcript.ideo de iure iſti conſiliarij Franciæ non præſumuntur errare:vt etiam ſcribit Cotereau in ſuo tractat.de magiſtra. Galliæ.rubric. de præfect.prætorio: quia non ambigitur Senatum ius facere poſſe. l. non ambigitur. D.de legibus. quod non poſſent, ſi iuris ignari eſſent:& ſacratiſſimum Regis Francię conſiſtorium omnem iuſtitiam colit,& mirum in modum obſeruat,teſte Barbat.cõſi.lxxj. illud. in princip.volumin.quarto. licet ex facto oriatur ius.l. ſi ex plagis.§. tabernarius. D. ad legem Aquiliam.& per conſequens ignorato facto error iuris facilè ſequitur:ſed hoc quod principaliter agitur, reſpicit Iuriſconſult.in l.ſi quis nec cauſam. D.de rebus credit. & in erroribus propoſitis à domino de Montmoranci Conneſtabili multi proponebantur & allegabantur errores iuris à domino præſide Liſeto, qui illos errores conſcripſit,ſed expreſsè non dicebatur er-

ratum in intellectu talis legis, ſed per talem legem conſignatio & depoſitio fieri debet, non eſt facta, ideo erratum. ideo ſi parlamentum iudicat cõtra ius, & poſtea impetretur ſupplicatio, iudicabitur erratum eſſe: ſed vt iudices non notẽtur, allegatur error facti, ob quem error iuris ſecutus eſt.

*In criminalibus error non proponitur. Gratia quando denegetur.*

71 Decimuſtertius non ſolet ſupplicatio in criminalibus recipi, ſed poſt condemnationem à Senatu ſeruatur. l. non tantum. D. de appellatio. in hoc vt ſtatim executio fieri ſoleat illo die, vel alio ſequente, quo profertur iudicatũ: ideo ante iudicatũ poterat delinquens gratiam obtinere, nõ verò ſupplicationem, maximè in horrendis criminibus ſupplicatio non recipitur, nam & gratia denegatur, vt in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad legem Iuliã maieſta. prohibetur etiam ſupplicatio in l. j. C. de Nili aggerib. non rumpen. & in

l.mancipia.in fin.C.de ſeruis fugitiuis. l.quoties. C.de precibus Imper.offer. glo.in verb.ſupplicatum.c.ſi. qui cleri. vel vouent.ſed in illis fere caſibus ſupplicatio ad gratiam reſpicit nõ verò ad errorem:ſed quod in criminalibus non recipiatur hæc ſupplicatio, firmat Imber.in inſt.foren.libr.2.§.ſed ſi appellationem.fol.245.

Ego tamen vidi hæredes poſt executionem factam ſupplicare principi, & admitti ſupplicationem: & poſſe fieri etiam ſcribit Benedictus in repetitione ca.Raynutius,in verb. mortuo, in.nume.271.de teſta.& num.ſequen. vbi dicit ibi liberos alicuius admiſſos fuiſſe poſt patris executionem: & ego ſæpius obſeruari vidi, ſed hoc magis ex gratia quam ob errorem.

*Supplicare volens acta ab actuario non repetit.*

72 Decimusquartus caſus eſt, qui vult ſupplicare nõ debet acta ſeu inſtrumenta ab actuario ſeu graphario curiæ

repetere, alioqui tacitè videtur renunciare erroris propoſitioni, vt eſt in conſuetu. Norman. rubr *De propoſition d'erreur*. Et ſi victor velit acta habere, & ſua inſtrumenta fortè ad taxandum expenſas, debet reus proteſtari ſe velle proponere errorē. & tunc pars ſua inſtrumenta repetet: ſed retinebuntur inuentaria inſtrumentorum & actorum apud ſcribam ſiue actuarium, quē grapharium dicimus: & dicta proteſtatio etiam deſcribetur apud grapharium, & regiſtrabitur: & hoc eſt introductum, ne partes aliquid addere poſſint, vel diminuere: nam ſi illis liberum eſſet inſtrumenta, vel acta habere, poſſent vtique addere, & diminuere cauſas, ex quibus error inſurgeret: ob id prohibitum eſſe cenſeo, cum ex eiſdem actis erroris propoſitio iudicari debeat, vt inferius dicam.

*Acquieſcens arreſto non ſupplicat.*

73 Decimuſquintus eſt, ſi pars arreſto ſemel acquieuerit, amplius ſupplicare non poterit: vt decidit Pet. Pau.

Pariſien.

Pariſien.cõſilio cxviij. domina.colũ. 2. in j.volu.per ea quæ not.docto. in l. ſup plicare.C.vt lite pẽden.nam ſicut quis non poteſt appellare, poſtquam renunciauit appellationi expreſsè, vel tacitè: vt in capit.quod ad conſultationem. & cap. inter. de re iudica. docto. in ca. perſonas. in primo notabi. de appellation. ita nec ſupplicare. imò dicunt doctores quod ſi quis renunciauit appellationi, non poterit ſupplicare, per l. fin. C. vt lite penden. niſi ex iuſtiſſima cauſa: vt cõſuluit Calcan. conſil. 16. In nomine, &c. viſis. numer. 66. & ſequen. tamen ſuperius contrarium tenui, non repeto.

*Arreſtum non prætextu iniquitatis damnatur.*

74 Vltimus caſus eſt, vt non enim partes poſſint in ſupplicatione dicere arreſtum latum ob iniquitatem dominorum: quia lex de iniquitate tãtorum cõqueri abhorret, teſte Azo. in ſumma de ſenten. præfect. præto. ſequitur Cyn. & Salicet. in l. ſi quis. C. de precib. Im-

perato.offeren.nec præſumit eos quicquam agere iniquè, nec dolo. itaq; dolus aduerſus illos allegari prohibetur: ſed dolus aduerſarij ſic.l.præfecti.D.de minoribus. ſunt enim ſimplices ſicut columbæ,& prudentes ſicut ſerpentes: vt dicit ſacra ſcriptura Matthæi 10. & in capitul.qui eccleſiaſticis.§. ecce. xxxvj. diſtinction.& cap.ſi cupis.16 quęſtione prima. & quales ſunt, & eſſe debeant, ſcripſi in proœmio concorda. in verb. ſummas curias. & in his caſibus ſolet concludi ad fines non recipiendi, videlicet quod ſupplicatio recipi non debet:& poſtea (vt dicunt practici) ad omnes fines, videlicet quod ſi admitti ſupplicatio debeat, erratum eſſe in facto, & non in iure,&c.

### *Supplicationis inſtantia intra quod tempus finiri debeat.*

75 Decimo, quærendum eſt intra quod tempus ſupplicationis inſtantia finiri debeat? Reſpon. anno, aut ſaltem in ſtatu iudicandi eſſe debet: vt in ordi-

nat. Ludoui. 11. quia hoc facilè iudicari poteſt, cum ex deductis in proceſſu iudicetur: nempe aliquis habet bienniũ ad impetrandum ſupplicationem, & poſtquã impetrauerit, annus datur ad eam proſequendam: hodie audi quid dicat ordinatio, ne in incertum procedatur, decidi debet ſupplicationis inſtãtia intra quinquennium: vt ſtatuit Frãciſcus primus articulo vltimo in hoc titu. ibi, *Et ſeront tenues les parties de les faire iuger, & decider dedans cinq ans, autrement n'y ſeront plus receus.* quod intelligitur, quando per partes ſtaret, ſed debebat tempus iudicibus præſtitui, & parlamentis, vt in l. properandum. C. de iudic. ſed dicam art. vlti.

76 Idem dicitur in appellatione in authent. ei qui appellat, impertitur annus, intra quem ſecundum ſe, communitérve cum aduerſario litem exequatur: quo tranſacto, lite nõ completa rata maneat ſententia. C. de tempor. appellation. capit. cum ſit Romana. de appellationibus.

*Cauſa in conſiſtorio principis mota non capit deſertionem.*

77 Quamuis lis quæ ſeparatur in conſiſtorio principis inferri abſque dãno moræ maneat intacta, donec ipſe faciat eam introduci, & à proceribus ſecundum moram dirimi. authẽ. ſed lis. C. de tempo. appel.

78 Idem in parlamento aſſerit Aufrer. in deciſion. Tholoſan. quæſtione ccccIxxix. in fin. & in curiis Seneſchalli Nemeuſen. & Tholoſæ ſeruari ſcribit de Petru. in tract. de virib. iura. in 2. remedio finiend. litium.

79 Tamen quando per Principem committitur cauſa decidenda intra annum. vel quinquennium, vt in hac ſupplicatione, tunc parlamento currit illud tempus: quia volũtas principis pro lege habetur. l. prima. D. de cõſtitutio. Princip. ob id intra illud tempus debet cauſa decidi: alioqui puniri debent partes vel iudices, per quos ſtetit, vt in dicta l. properandum. C. de iudiciis.

*Supplicatio ex eiſdem actis iudicatur,*

Item

80 Item hæc ſupplicatio ex eiſdem actis iudicari debet: nec recipiũtur partes ad producendũ aliquid aliud, vt ex eiſdẽ actis iudicetur: ergo cito à iudicibus decidi poterit: niſi reperirẽtur quidam inflati iudices, qui ſuas opiniones protraherent ad montem ventoſum, vt ibi videantur docti in gloria, quibus debẽt capita reſiſtere. Nam plures cauſæ deciderentur, ſi breui quilibet ſuem exprimeret ſententiam: vel ſi omnes ſequantur relatoris ſententiam, quod omnes ſic acquieſcerẽt, ſi verò alterius ſententiæ eſſent, quod illi contradicerent: & poſtea præſes hoc conciliaret.

*Sententia appellationis qualis eſſe debeat & ſupplicationis.*

81 Et ſicut appellationis ſentẽtia debet eſſe cõfirmatoria vel infirmatoria. l. cos. D. de appellationib. ita & in cauſa ſupplicationis debet dicere Senatus erratum, vel nõ erratum, vel errorem eſſe, vel non eſſe, teſte Anto. Panormi. & Imol. in capit. ex literis. de in integrum

reſtitution.& erratum fuiſſe pro domino de Montmoranci pronunciatũ fuit à domino præſide Montelonio, & ita fieri ſolet.

*Totum parlamentum in errorum deciſione an ſit congregandum.*

82 Item in deciſione errorum hodie non congregatur totum parlamentum ſicut olim, ſed pars cõſiliariorum vocari ſolet pro arbitrio curiæ atq; pro qualitate cauſę:& ſic iſta cauſa nõ eſt comitialis, vt olim, vt dicit ordinatio his verbis, *Que pour vuider leſdictes inſtances de propoſition d'erreur: ne ſeront aſſemblees les chambres, ainſi qu'il eſt contenu par leſdictes anciennes ordonnances: mais ſeront iugees leſdictes propoſitions d'erreur en telle chambre de noſdictes Cours, & en telle compagnie & nombre de iuges, qu'il ſera ſur ce aduiſé, & arbitré par noſdictes Cours, ſelon la grandeur, & qualité des matieres.*

*Conſiliarij qui errarunt, intereſſe in erroris iudicio debent.*

Igitur

83 Igitur primo intereſſe ſolent in iudicio illi conſiliarij qui primo iudicarunt, vt errorem ſuum ipſi videant, & corrigant: quia illis dicitur: Nō pudeat vos veſtrum errorem corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores. cap. qualiter. primo. de accuſationibus. *Nam melius eſt ſeipſum corrigere, quàm ab aliis corrigi expectare, vt dictum exiſtit & ipſi ſolēt primum ſuum impertiri ſuffragium, vide Felin. in cap. literis. columm. ij. de præſumpt. nec debent grauatè ferre, ſi error illorum corrigatur exemplo diui Petri qui à ſancto Paulo reprehenſus benignè & gratāter accepit vt ſcribitur ad Gal. 2. 11. * poſtea Rex nominare poteſt alios plures, quā ipſi ſint, qui prius iudicarunt. ſi tamen Rex eos non nominauerit, curia ſolet illos eligere, nō tamen minus aſſumit, quam eſſent in primo iudicato: nec eſſe debent primi ita pertinaces, vt ſi videātur erraſſe, vt eorum ſuſtineāt errores, alioqui iuſtam poterunt defendere ſententiam: dicit autem Sapiens, conſtans & lenis, vt res expoſtulat, eſto.

### *Differentia inter appellationem & ſupplicationem.*

84 Vndecimo videndæ ſunt differentiæ inter appellationem & ſupplicationem. Nam primo appellatio iuri cõmuni innititur. l.j. & per totum. D. de appellatio. Supplicatio autem de gratia recipitur. d. authẽ. quę ſupplicatio, & c. ex literis. de in integr. reſtitu. ibi, de benignitate canonica.

85 Secunda eſt, quia appellatio intra decem dies emittitur. auth. hodie. C. de appellatio. gloſ. in dicto cap. ex literis. qui à die notitiæ computantur. c. cõcertationi. de appellati. in 6. ſed ſupplicatur de iure vſque ad biennium. d. authen. quę ſupplicatio. & c. anteriorũ. 2. q. 6. ſuperius abunde ſcripſi. tamẽ hodie in Francia intra annũ impetrari debet per leges regias.

86 Tertia in appellatione alius iudex ſuperior cognoſcit, quã is, qui ſententiam protulit. cap. 2. de conſuetudi. in 6. nec valet conſuetudo, quod ad parem appelletur, vel ad inferiorem, per

gloſſ.

gloſſ.ibi, diuerſum eſt in ſupplicatione. Nam ipſum parlamentum, qui prius iudicauit, poſtea de errore iudicabit, dict. auth. quæ ſupplicatio.

87 Quarta, qui appellat de iniquitate iudicis, qui ſententiam protulit, quæritur. l. apertiſſimi. C. de iudiciis. l. j. D. de appellationib. ſed qui ſupplicat, non de iniquitate conqueritur iudicũ, vel Regis, ſed de errore. l. præfecti. D. de minorib. ibi, hæc idcirco variè, quia appellatio quidem iniquitatis ſententię querelam, in integrum reſtitutio vero erroris proprij veniæ petitionẽ, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet.

88 Quinto, appellatur bis à diffinitiua, in rubrica. C. ne liceat tertio prouocare, vt dixi in rubric. de friuolis appellatio. in concord. ſed ſupplicatio ſemel tantum proponitur in l. ſi quis. C. de precibus Imper. offeren. & ſuperius ſcripſi. q. 8.

*Cautio in executione an danda ſit.*

89 Sexta, appellatio ſuſpendit iu-

dicatum.l.j.in fin.D. ad Turpillia. cap. venientes.de iureiurando. & ideo executionem impedit: quia nihil nouari debet appellatione pendēte. vt in rubr. nihil noua. D.& l. appellatione. C. de appellatio.cap.an ſit.illo titu.dixi in rubric.de ſenten.executio.ſed ſupplicatio non:ideo ſi intra decem dies ſupplicetur, ſententia mandabitur executioni, non obſtante ſupplicatione, præſtita tamen fideiuſſoria cautione.d.auth.quæ ſupplicatio.ſic conſuluit Caro. Ruinus conſilio xxxiiij.viſis omnibus.columm. 2.vol.5. ſi verò poſt decem dies & intra biennium fuerit ſupplicatum,iudicatū executioni mandabitur ſine cautione. Bald.in dicta authen.Ego non vidi cautionem dari,vt ſuperius dixi: & Matth. de Afflict.in conſtitutio.Neapo.in pręfa.quæſt.10. colū.2. vbi dicit quod ſupplicatio eſt loco appellationis, & quibus caſibus differentiæ ſcriptæ non reperiuntur, à pari procedunt appellatio & ſupplicatio,per gloſſ.in l. vnica. C.de ſentent. præfect. prætorio. Et in omnibus debet iudicari ſupplicatio ſicut ap-

pellatio

pellatio, niſi in quibus differentiæ ſcriptæ reperiuntur. Hodie cautio non datur, quando ſupplicatio expeditur, ſiue ante, ſiue poſt decem dies: & quamuis propoſitio ſupplicationis antequam ſit à Principe recepta, non inducat litis pẽdentiam, tamen poſtquam eſt à Principe recepta: vt docet Bald. in d auth. quę ſupplicatio. C. de precib. Imperato. offeren. refert Aufrer. in deciſio. Tholoſ. quęſt. 479. & Prępoſi. in c. ex ratio. col. vlt. de appellatio.

*Spplicatio in criminalibus an admittatur.*

90 Septima, in criminalibus regulariter appellare licet, l. non tantum, D. de appellationibus. ſed ſupplicare non: quia ſententia executioni mandari ſolet: vt in dicta l. non tantum. ſed venia ſuper criminis pœna poteſt per ſupplicationem impetrari, l. reſcripra. C. de precibus Impera. offeren. & cap. reſcripta xxv. quæſtion. ij. hoc firmat Specul. in titul. de ſupplicatio. §. ſequitur. ver-

ſiculo primo. ſed iſtæ ſupplicationes, quæ in criminalibus dãtur, tenduntad gratiam delicti conſequendam, & regulariter ante condemnationem conceduntur: ſupplicatio verò de qua hic tractamus, tẽdit ad iudicium & iuſtitiam: & ſemper iſta ſupplicatio datur poſt iudicatum, & altera non: & in hac error allegatur: in hac ſupplicatione venia petitur, & ſic hæc ſupplicatio non proponitur in criminalibus.

*A commiſſariis regiis an ſit appellandum.*

91 Octaua, non licet appellare ab his quibus commiſſum eſt, vt iudicent appellatione remota: & ita ſeruatur per cap. paſtoralis. de appellationib. tamen ſupplicare pars adhuc poterit, per capi. ex literis. de in integrum reſtitut. Imol. in l. ex conſenſu. §. fin. D. de appellatio. aſſerens iſtam quæſtionem diu fuiſſe tractatam in aula Regis Aragonũ: quia iſta duo remedia ſunt ſeparata, quorũ vnum eſt ordinarium, aliud extraordinarium: ideo ad remotionem vnius, non

non ſequitur remotio alterius, teſte Panor. in d.c. ex literis. col. 2.

92 Nona, ante ſententiam appellare licet, tam de iure ciuili. l. 2. D. de appellationibus recipiend. quam de iure canonico. in cap. primo. de appellatio. in 6. & vbicunque grauamen infertur. capit. vt debitus. de appallationib. Specul. eodem titul. §. differt. verſicu. item ante, ſupplicare tamen non licet, niſi poſt arreſtum, & iudicatum dictę auth. quæ ſupplicatio.

*Sententia in ſupplicatione & appellatione.*

93 Decima, in cauſa appellationis pronunciatur bene iudicatum, aut malè. l. eos. C. de appellationib. ſed in ſupplicatione pronunciatur erratum fuiſſe, vel non erratum: vt audiui pronunciari in cauſa de Montmoranci Conneſtabilis cõtra Rouille. quamuis Panormitanus in dicto ca. ex literis. in vltimo no. dicat in cauſa ſupplicationis procedi ad confirmandum, vel infirmãdum

ſentētiam, ſicut in cauſa appellationis: quod non eſt verum, niſi quo ad effectum. nam ſi pronūcietur errorem interueniſſe, infirmatur ſententia: ſi pronuncietur non erratum, confirmatur tacitè arreſtum.

*Iura loquentia in cauſa appellationis an locum habeant in ſupplicatione.*

94 Vndecima, ſolius Principis eſt admittere ſupplicationem contra iudicatum. & cum per ſupplicationem retractatur arreſtum, præiudicatur iuri alterius. quod inferior à principe facere non poteſt. l. 2. & 3. C. ſenten. reſcindi non poſſe. l. moris. D. de pœnis. Innoc. & Ioannes And. in capit. ex literis. de in integrum reſtitution. Sed appellatio à quolibet iudice ſuperiore illius, qui iudicauit impetrari poteſt per totum tit. de appellationib. * Alioqui extra differētias à iure ſcriptas ſtatuta in cauſa appellationis locū habebunt in cauſa ſupplicationis. per textum in l. fi. §. penult. C. de tempo. appellat. & ibi hoc tenent Angel.

Angel.& Salice.gloſ.in l.vna.C.de ſenten.præfect.prætor.& idem in cauſa recurſus tenet Franciſcus Marc.in ſecunda parte deciſ.q.141,vt ſuperius dixi.

*Effectus ſupplicationis.*

96 Duodecimo, quis ſit ſupplicationis effectus? Specu.in eodem titulo. duos tãtum deſcribit. Primus eſt, quod ſi Princeps reſcribat ad partis ſupplicationem obtinet vicem litis conteſtatæ, quantum ad hoc, vt perpetuetur vſque ad triginta vel quadraginta annos. l.j.C.de annal. exception. ſed ibi de alia ſupplicatione loquitur, quam de erroris propoſitione, quæ intra quinquennium finiri debet, per legem regiam de qua inferius patet.

97 Secundus eſt, quia ſupplicatio tranſit ad hæredes, & contra hæredes. C.quando libellus Principi datus l.j.l. conſtitutionibus.D.de actio. & obliga. etiam loquitur ibi generaliter, non tãtum de erroris propoſitione, ſed fortè de omni ſupplicatione, quæ ſuperiori porrigitur.

98 Tertius, quia pendente ſupplicatione executio arreſti & iudicati non eſt impedienda d. authen. quæ ſupplicatio. ſic conſuluit Calca. conſil. 16. in nomine viſis. nu. 66. & ſeq. & ſuperius dixi data cautione.

99 Quartus, quod qui nõ auditur ſupplicando, multo minus opponendo vel excipiendo corã executore, quia & à iure & à gratia excluſus cenſetur: & ſic duo vincula ſunt diſſoluta, quæ vno ſunt fortiora. c. j. de treug. hoc expreſſe dicit idem Calcan. d. conſi. 16. nu. 67. ego arbitror contrarium eſſe verum ſaltem in acceſſoriis, in quibus quis in executione audiri poteſt, quamuis repulſus ſit à ſupplicatione de qua hic: vt docẽt interpretes in l. j. C. de iuris & facti igno. & ego plenè in tract. de except.

100 Quintus effectus, quod recepta ſupplicatione à Principe nullus inferior poterit de ea re cognoſcere, nec agendo, nec excipiendo, per c. vt noſtrũ. de appellat. & ita dico plenè in tractatu de euoc.

101 Sextus, quod ſi inueniatur error

ror in ſententia prima, vel placito: tunc arreſtum reſcinditur per hanc ſupplicationem. dicta authen. quæ ſupplicatio. vel per ſupplicationem ciuilem: vt dico inferius in tractatu de ſupplicationibus ciuilibus.

102 Septimus eſt, quod victus in cauſa ſupplicationis nõ poteſt iterum ſupplicare. l. ſi quis. C. de precib. Imper. offerend. ſuperius dixi.

103 Octauus, ſententia ſuper ſupplicatione reſcindit arreſtum, & omnia in contrarium acta: vt ſuperius ſcripſi. Alij effectus elici ex prædictis poterunt.

## FINALITER NON INVTILITER HIC SVBiungitur quæſtio in fine edicti tractacta. An ſcilicet per viam nullitatis Arreſta Curiæ ſupremę reſcindantur.

ET quidem per Edictum publicum in regno Franciæ cautum eſt, ne cõtra arreſta per viam nullitatis & cõtra-

rietatis cognoſcatur. Ratio eſſe poteſt: quia ad proponendum nullitatem & contrarietatem nulla emenda deponebatur, quam oportet in erroris propoſitione deponere, ideo Rex illam amittebat: vnde voluit ſibi fauere, vel quia faciles erant homines ad proponendã iſtam viam: quia per eam non puniebãtur, & nulla arreſta erant fixa, ſed ratione nullitatis & contrarietatis impugnabantur, ob id voluit audaciam & temeritatem illorum refrenare: & ideo iſta nullitas non impedit executionem, vt concludit Guido Papæ in deciſio. Delphin. q. 50. quia hæc curia.

### *Contra ſententiam Principis nullitas an proponebatur.*

Præterea dicit Innocen. in capi. cum ex literis. & cap. ſuſcitata. de in integrũ reſtitutione. Quod contra ſententiam Principis non poteſt quis venire per viam nullitatis, quãdo talis nullitas eſt de iure poſitiuo: quia Princeps videtur illam ſolẽnitatem ſuppleuiſſe, & ſuper

ea diſpenſaſſe. argument. l. quidam. D. de regu. iur. ita Angel. decidit in l. falſa. C. de fide inſtrumen. Philip. Peru. in ca. dilecto. colum. 65. de appellatio. Faciūt quæ ſcribit Felin. in ca. eccleſia. colum. 10. de conſtitutio. numer. 89. & Georg. Natan. in repetitio. clementi. ſæpe. §. & quia. colum. 29. cum ſequen. de verbo. ſignificat. Sic fuit iudicatum in magno Neapol. conſi. vt refert Matth. de Affli. in deciſion. Neapol 283. diu eſt. vbi con cluſum fuit, aduerſus Principis ſententiam nō poſſe dici, nec de nullitate, nec de omiſſione ſolēnitatis: omnes enim ſolennitates & nullitates omitti ſolēt, quādo per ſupremum Principem proceditur, & per eundem cauſa terminatur: vt conſuluit Petrus Paulus Pariſiē. conſilio 218. Domina. col. 2. in 1. volum.

Et ideo nullitas inſurgens ex omiſſione ordinis iudiciarij, & ſolennitas, non reddit ſententiam Principis nullā, nec aduerſus eam de nullitate agi poteſt: teſte Innocen. in capit. cauſis. de re iudicata. & Felin. ibi. Bald. & Paul. in l. fin. C. de legib. & ibi Alexand. in addit.

ad Barto. Idem in iudicatis à Senatu, cũ nomine Principis iudicent, & in arreſtis eorum definitiuis exprimi ſolet nomen Principis, & quia aliter Princeps non fuiſſet iudicaturus, quam Senatus iudicat l.j.D.de offic. præfect. Prætor.

## SPECVLATOR IN TITVLO DE SVPplicaione.*

PRæter appellationẽ, & præter in integrum reſtitutionem, de quibus prælibauimus, eſt & aliud remediũ, quo valida ſententia ſubleuatur videlicet ſupplicatio: vt ſupra de ſentẽ. §. quoniã ſupra.* ideo de ipſa aliqua ſub cõpẽdio ꝑſtringamus.* Videamus ergo, à quibus ſupplicari poſſit, & quãdo: & in quibus caſibus, & quę differẽtia ſit inter appellationẽ & ſupplicationem, & poſtremo quis ſit ſupplicationis effectus.

# ADDITIONES.

* Ex omnibus practicis authoribus nullus formauit hanc rubricam præter Io. de Deo Cauil. Rubrica vlti. Legiſtæ habent de hoc Rubricam. quæ nõ allegatur, quia ſedet in cropa: in rubrica enim De precibus Imperatori offerendis, ſequitur & eſt de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non: qua de cauſa Azo in Summa, ibi proſequitur hanc materiã.

* Quoniam ſupra. ¶ §. vlt. eſt.

* Perſtringamus. ¶ Præmittit Azo, qualiter ſupplicari debeat: & dicit hũc ponderandum morem, qui eſt: Capello depoſito, & pallio flexis genibus, humiliter preces porrigere: vide, quod dixi de maio. & obed. his, quæ. poſt prin. & de iureiurã. & ſi Chriſtus. in gl. arguit Hoſtien. Secundo dic, in iure ſeruandã l. vltim. C. de precib. Impera. offerend. vt ſcilicet breuiter negotium exponatur: inſerendo in precibus id ſolũ quod expedit. In omni autem ſupplicatione locum habet hæc doctrina, nedum in iſta, de qua agitur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Supplicari poſſe à ſententia Præfecti. qualiter intelligatur.*
2 *Supplicationis cauſam examinare, & diffinire ſolius eſt Principis, vel eius delegati vel præfecti.*
3 *Supplicatio & appellatio quare non ſint eiuſdem naturæ.*

### Supplicari poteſt à ſententia Imperatoris, vel Papæ, vel præfecti prætorio.

I. §. SVpplicari poteſt à ſententia Imperatoris vel Papæ, vel præfecti prætorio, extra de in integ. reſ. ex literis. & c. cũ ex literis. extra de re iudic. cum cauſam. & C de ſent. præfect. præto. l. j. D. de minor. præfecti. à q̃bus appellare nõ licet, vt ſupra de appellat. §. vidẽdũ. vbi de hoc: nec mirum, ſi tunc ſupplicetur. nam licet non ſit veriſimile, illos iniquè iudicaſſe, ſupplicari tamen poteſt ab eiſdem: quia ſupplicatio continet petitionem veniæ proprij erroris. vel allegationem circumuentionis aduerſarij,

uerſarij. D. de mino. l. præfecti. extra de re iudica. cap. cùm olim. Sed videtur, ꝙ etiam à ſentẽtia iudicis & delegati ſupplicetur, vt extra de in integrum reſtit. ex literis. Sol. ibi, ſecundum Papam*.

1 Quod autem dixi à ſententia præfecti ſupplicari poſſe verum eſt, cùm in cauſa principali pronunciauit: ſecus ſi in cauſa appellationis. C. de precib. Impera offeren. ſi quis. C. ne lic. in vna eademque cauſa tertiò prouoc. l. j. & in aliis cauſis libellus ſupplicatorius porrigitur referendariis, & cauſas introducentibus. in auth. Coll. 2. D. de referendariis. §. cauſas.

2 Solus tamen princeps, vel eius delegatus, vel prefectus, debet cauſam ſupplicationis examinare & diffinire*. Et ſi intra decẽ dies ſupplicetur, poteſt ſententia executioni mandari: ſi tamen victor ſatiſdederit de reſtituendo omnia ſi ſententia fuerit iuſtè reſoluta. Si autẽ non ſupplicauerit intra decem dies, habet biennium ad ſupplicandum principi: quod biẽnium computatur, ex quo Imperator ſucceſſit in cognitione præ-

fecti*. C. de ſentent. præfect. præto. l. j. Sed tunc executio ſententiæ fiet, nec victor ſatiſdabit de reſtituendo. C. de precib. Imper. offeren. authen. quæ ſupplicatio. in authenti. vt ſpon. largi. §. illud. & in præ. l. j. C. de ſentent. præfect. prætor. extra de in integr. reſtitu. ſuſcitata. in fin.

3 Et per hoc patet, ſupplicationem nō ſortiri naturam appellationis: quia ſemel tantùm ſupplicatur à ſententia: ſed appellatur bis poſt ſententiam. An verò quotieſcunque quis grauatur, appellet? quæ dic. vt ſupra de appellation. §. quoties. Itē in appellatione præmiſſa cautio non præſtatur*.

## ADDITIONES.

* Secūdum Papam. Vt ibi ſcripſit ſuper j. gl. ſupplicare.
* Diffinire. Itē not. Accur. in §. aliud, inferius allegato.
* Præfecti. Diuerſas lecturas huius verbi vide not. in l. ſtatim alle. in vltima glo.
* Præſtatur. Et meritò: quia non fit executio diffinitiuæ, à qua appellatū

eſt

eſt.extra de iureiurand. venientes.

## SVMMARIVM.

*1 Venia poteſt per ſupplicationem ſuper pœna criminis impetrari.*

*Supplicari poteſt pro dilatoria exceptione, non peremptoria.*

*2 A ſententia ſemel tantùm ſupplicatur.*

*3 Supplicatio talis eſſe debet, quod petenti proſit, nec alicui obſit.*

2.§. SEquitur videre, quando, & ex quibus cauſis valeat ſupplicari. Et certè à præfecto prætorio ſupplicatur intra decem dies à die ſentẽtiæ promulgatæ: quod ſi factũ non fuerit, tunc poteſt principi intra biennium ſupplicari, vt ſupra.

1 Poteſt ſupplicari pro eo, qui malè, vel inquè, vel cõtra ius ordinatus eſt, vt j.q.v.p̃cedẽtiũ in auth.quomodo opor. epiſ.§.fin. *Item ſuper criminis pœna venia poteſt per ſupplicationem impetrari.C.de precib.Impe. offeren. reſcripta, quæ eſt 25.q.2. Item ſupplicari poteſt pro dilatoria exceptione, non perẽptoria.C.de precib. Impera.offer. quo-

ties.extra de procu ex inſinuatione. extra de dol.&contu c.j.

2 Item à ſententia ſemel tantum ſupplicatur, & ſi ſemel denegatur, poſtea non concedetur.C de precib. Imperat. offerend.ſi quis.in authen.vt nulli iud. §.& hoc vero iubemus. Item durante præſidis officio eius ſubditi ſupplicare poſſunt principi,vt furtum, vel rapinã, vel aliud eius crimen puniat.j q.j. capi. pen.& fin.& q.7.ſancimus.in authenti. vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.§. ſi quis autem.

3 Item generaliter hoc debet ſupplicatio cõtinere;quòd petenti proſit:nec alij obſit.vt in præalle.l. reſcripta.* nec quod ſit fiſco dãnoſum, vt xxv.q.2. nec damnoſa.

## ADDITIONES.

* §.fi.alleg.Pet.auctor.& Ioã.de Deo non bene receperunt ſenſum illius §. ſicut Azo,qui dixit.quòd licet ſupplicare pro eo, quod ordinatio clericorum fit per pecuniam vel aliàs malè, & contra legẽ, vt ad meliorem ſtatum reducatur

tur,& præuaricatori pœna imponatur.
* Reſcripta. Leges, quæ ponunt exẽpla allegat ibi gloſſ. quæ tamen Azo exprimit, vbi ſupra, de fœmina, quæ nupſit vidua viro inferioris dignitatis, impetrat vt fruatur dignitate prioris mariti. D. de ſenat. l. fin. cùm Præpoſiti ſacro cubiculo impetrant, vt fruantur poſt finitam militiam cingulo, cum ad agros ſuos, vel aliàs proficiſcuntur. C. lib. xij. de præp. ſac. cubi. l. fi. Et quod de cingulo, dixi, dupliciter ibi exponit glo. Tex. autẽ põderat, ꝗ eſt dictũ, quod ad ipſorũ deſideriũ, & ad nullius læſionẽ id pertinet. Quod autẽ præmiſit, nec alij obſit, intelligit Azo, vbi ſupra de læſione graui: & idem Accur. in præalleg. l. allegauit ibi leges no. & dicit Azo, quod vltra illas inuenientur in libris iuris recõdita multa ſimilia. alleg. D. de reliq. & ſumpt. func. ſi quis ſepulchrum. D. loc. l. habitatores. ſi vſusfruct. peta. l. j. §. vlti. Circa id, quod ſequitur de damnoſis fiſco, dicit Azo, in illis expectari ſecundam læſionem, in authent. vt nulli iudi. §. & hoc no. de mand. princi. §. de-

inde cõpetens qui § vult omnino ſper-
ni primam iuſſionem niſi ſit pragmati-
ca ſanctio: ex ea tamē quamuis recipia-
tur, nihil fiat, niſi ſequatur ſecunda iuſ-
ſio differt autem dictum Ioan. de Deo,
vbi ſupra in princ.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruus poteſt pro domino ſupplicare, ſed non appellare.*

2 *Pendente appellatione nihil eſt innouãdum.*

3 *Simpliciter ſupplicare ante ſententiam non licet.*

## Supplicatio in quo differat ab appellatione.

3.§ Differt autem ſupplicatio ab appellatione, quia appellatur intra decem dies ſupplicatur vſq; ad bien nium, vt ſupra. § j. ver. ſolus. Alij dicũt, quòd ſupplicare debet, quamprimum potuit cognoſcere ſe læſum fore, vt extra, de in integ reſtit. ex literis. extra de frig. & malefi c. j & c. fi.

1 Item ſeruus poteſt pro domino ſupplicare,

plicare,ſed non appellare. D. de appell. ſerui C. de precib. Impera. offeren. l. j & l. vniuerſis Item generaliter omnes liberi poſſunt ſupplicare: ſerui non, niſi pro ſe & domino*, vt ibi, & D. de his. qui ſui, vel alien. iuris ſunt, l. j. & ij. D. de iudic vix certis. Item differunt in caſu, quem habes ſupra titulo proxi. §. videndum. verſi. & not. ibi. item is qui.

2 Item pendente appellatione nil eſt innouandum, vt ſupra de appella. §. nouiſſimè. ſed ſupplicatione pendente mandatur executioni ſententia, vt ſupra. §. j.*

3 Item ante ſententiam non licet ſimpliciter ſupplicare, vt C. vt lite penden. l. 2. ſed appellare ſic, vbicunq; grauamen infertur, extra de appella. vt debitus. Itē ſupplicatio protēditur ad noua & vetera: appellatio verò ſolùm ad ea, ſuper quibus interponitur. D. de minorib. præfecti extra de in integrum reſtitu. ſuſcitata & c. ex literis. Item ſemel tantùm ſupplicatur, bis poſt ſententiam appellatur. Item ſupplicans

cauet, in appellatione nulla cautio præſtatur, vt ſupra §.j. in fin. vnde verſus*:

*Diſcrepat appellās ab eo q ſupplicat ipſe.*
*Imputat errori proprio: redit hac ad eadē.*
*Hic ſemel auditur, cauſa pendēte ſatiſdat.*

## ADDITIONES.

* Et domino. Id eſt, pro nece domini, ſecundum Azo. hoc vult l. j. præallegata: addit Azo caſum l. Iuliæ maieſtatis. D. ad l. Iuliam maieſtat. l. nullus. Subdit etiam, quòd fortè idem in omni caſu, quo ſeruo permittitur agere, vel ad principem confugere, per duas leges ſtatim allegatas. Addit, quòd ſi ſeruo ſupplicante: ſupple, etiam eo caſu, quo non debebat admitti indulgeat principis reſcriptū, tenet per l. vniuerſis ſupra proxi. allegatam.

* §.j. Quæritur de ratione, quare pēdentia appellationis & reſtitutionis in integrum impediant executionem: & ſupplicatio etiam intra decem dies facta non impedit. De reſtitutione patet ſupra titu. proxi. §. vlti. in princip. de reliquis hîc ſufficere poſſet, quòd prærogatiua

rogatiua harum ſentētiarum, à quibus nō appellatur, hoc inducit, vt ſcripſi de reſtitutio. in integ. ſuſcitata ſuper gloſſ. penul. dicunt quidam, quod ſupplicatio continet benignitatem petentis, & iudicis. & ideo hæc reſponſio ſufficere poteſt, quoad appellationem, quæ innititur iuſtitiæ: ſed non quoad reſtitutionem, quę benignitatem iudicis & fauorem petentis reſpicit. D. de min. præfect. Si dicatur, quòd ſupplicatio volūtate recipitur, contradicere videtur. §. aliud, in corpore. vt ſponſa. largi. colū. ix. Item ſi dicas, quod per appellationē extinguitur, vel ſuſpenditur pronunciatum, vt dicit Iacob. de Bel. in princip. §. aliud. hoc eſt, quod quæritur, quare plus ſuſpendit appellatio, quàm ſupplicatio. Mihi videtur his tribus, quæ diuerſa ſunt, meritò tribui diuerſos effectus. Dico igitur, quòd appellatio q̃ interpoſita eſt à ſentētia, puræ iuſtitiæ innititur: propter quod executio fieri nō poteſt: & ſi facta eſſet intra decennium, quo fuit poſtea appellatum, reuocatur executio per modum nullitatis & attē-

tati, de appellatio. non ſolum. lib 6 Re-
ſtitutio innititur iuri: habet tamen mi-
ſtam gratiam, nõ dico à iudice, ſed à iu-
re inuentam. Si lata eſt igitur ſententia
contra eccleſiam, vel minorem, & ab
ea non fuit appellatum, iuſtè fit execu-
tio ſententiæ. Si tamen poſtea intra tẽ-
pus iuris petatur reſtitutio, fateor, ꝙ
impediret executionem fiendam: ſed
iam factam non annullat, vel reuocat.
Verba enim non ſolùm innuunt, quòd
ea poſtulata, licet nondum conceſſa, ni
hil noui fiat circa rem, vt dicit rubrica
Codicis. Abſurdiſſimum enim eſſet,
quòd vltra terminum tardari deberet
executio eo caſu: & imputet ſibi, qui
non appellauit. Supplicatio tantum ha
bet præſumptionem cõtrariam ex per-
ſona proferentis, quod appellare non li
cet. Eorum ergo fuit ipſam non parifi-
cari alteri præmiſſorum. ſatis enim ſibi
eſt, quod contra id, de quo alter prædi-
ctorum. ſcilicet papa, princeps, vel præ-
fectus prætorio poterat legem facere,
auditur. de primis conſtat, de tertio pa-
tet. C. de officio præfec. prę to. l. 2. Eligit
ergò

ergo ius quãdam viam mediam, vt ipſo citò ſupplicãte fiat executio cum remedio cautionis: aliàs ſine illo, & vt ſemel tantùm ſupplicetur. ſimile de offi. dele. quærenti. cum concor.

* Verſus. Hos verſus ponit Ioan. de Deo, vbi ſupra, & in fine primi verſus ponebat tempore: & non eſt congruus verſus: vnde communiter habetur ipſe. Eſt ſciendum quòd Cyn. in authẽ. quæ ſupplicatio. in fin. allegans hunc titulũ, dixit differentias hîc notatas inter appellationem & ſupplicationem non omnes eſſe veras, quod dixit ſe dicturum ſuper l. vnica. C. de ſenten. prçfect. præto. ſed ibi non dicit, oblitus, vt puto.

### *Supplicationis effectus.*

4. §. Effectus autem ſupplicationis eſt, quia ſi princeps reſcribit ad ſupplicationem, obtinet vicem litis cõteſtationis, quantum ad hoc, vt perpetuetur vſque ad xxx. annos: ſecundum alios vſque ad lx. C. de anna. exceptio. l. j. & tranſit ad hæredes & contra hære-

des,vt C.quando lic.princ.ob lit.conteſta.xvj.q iij §.poteſt circa mediū. D. de actio.& obliga.conſtitutionibus.

Nota quòd licet à ſententia vicarij nō poſſit ad epiſcopum appellari, cum cenſeatur idem tribunal cap. Romana. de appella.lib.6. tamen à ſententia vicarij poteſt epiſcopo ſupplicari. not. Stephanus in clemen.j.de reſcrip.Item nō cenſetur idem tribunal quo ad recuſationem.cap.ſi contra §.fin. de offic.delega.lib.6.

# SVMMA AZONIS

## *SVMMARIVM.*

*1 Preces qualiter offerri debent.*

*2 Qui ſupplicare poßint.*

*3 Subiecti principi poſſunt ſupplicare ei, vt puniat præſidem qui furtum cōmiſit, etiam durante officio.*

*4 Supplicare licet vt electio facta per pecuniam, vel aliàs contra legem, reducatur in melius.*

*5 Sup-*

5 *Supplicare licet pro moratoria præſcriptione, non peremptoria.*

6 *Supplicare licet pro iis quæ fiſco damnoſa non ſunt.*

7 *Supplicare licet pro iis quæ non ſunt iuri communi contraria.*

8 *Crimen & pœna criminis ſupplicanti remitti poſſunt.*

9 *Supplicari quando liceat à ſentētia præfecti prætorio.*

10 *Quibus perſonis ſupplicetur.*

11 *Supplicationis effectus qui ſunt.*

## De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non. Rubrica.

POST tractatum diuinorũ ſacrorum, eorumdemque miniſtrorũ, tractauimus ſupra de humanis ſacris, id eſt, de legibus: vnde conſequens eſt vt videamus de miniſtris humanorum ſacrorum, id eſt, legum: quarum quia dominus Imperator caput eſt & miniſter de Imperatore audia-

mus: quia ipſe non temerè, ſed per preces eſt adeũdus, videamus de precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus liceat porrigere preces.

1 Videamus ergo qualiter debeant offerri preces*, & à quibus, & de quibus. Et quidem offeruntur conſiderata conſuetudine, & iure Cōſuetudine: vt quia capello, item pallio reiecto, genibus flexis, preces humiliter porrigendæ ſunt Iure. quia breuiter eſt ei exponendum negotium, & non omnia verba inſtrumentorum ſunt in libello precum proponenda, ſed ea tantũ de quorum ſenſu inter partes fuerit dubitatũ, vt infrà eodem. l. vlti.

2 Poſſunt autem ſupplicare liberi non ſerui, niſi in crimine læſæ maieſtatis, vel niſi pro neceſſitate domini ſui: vt infrà eod. l. j. & infrà ad legem Iuliã maieſta. l. nullus. & idẽ forte in caſibus, in quibus ſeruo permittitur agere, vel confugere ad principem, pro eo quod opprimitur à domino ſuo: vt D. de iudi. l. vix certis & de iis qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. ij. Si tamẽ etiam ſeruo ſupplicanti

plicanti indulgeatur, reſcriptum tenet: vt infra eod. l. vniuerſis. licet autem ſupplicare pro hæreticis, vt fecit dominus papa, ſuprà de ſumma trinit. l. vlti. §. ſed quia gremium. rogando principem, vt ſi errore depoſito reuerti voluerint, indignationis remittat Imperator aculeos. Itẽ pro minore dãnato à principe quãdoq; (licet raro) ꝑmittitur ſupplicare ꝓ beneficio in integrũ reſtitutionis, dum minor dicit ſe proditum ab aduocatis: vt D. de mino. xxv. annis. l. minor autem. §. ſi autem.

3 Item durãte officio præſidis, eius ſubiecti ſupplicare poſſunt principi, vt furtum eius puniat, vel crimen, ſi probetur aurum dediſſe pro conferenda ſibi adminiſtratione: aut ſi ꝓbetur aurũ accepiſſe ex adminiſtratiõe, vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem præter.

4 Item licet ſupplicare pro eo, quod ordinatio clericorum facta ſit per pecuniam, vel malè contra legem, vt ad meliorem ſtatum redigatur, & præuaricatoribus pœna imponatur: vt in authen.

quomodo oporteat epiſco.§.vltimo.

5 Item licet ſupplicare pro moratoria præſcriptione, non pro peremptoria:vt infra eo. l.quoties.

6 Item ꝓ iis quæ nõ ſunt fiſco dãnoſa, alioquin ſi ſuppliceretur ꝓ iis, quæ ſunt dãnoſa, & obtineat ſupplicator, nõ debet obſecundari primæ iuſſioni, ſed debet expectari ſecunda: vt infra eod. l. nec damnoſa fiſco. & in authen. vt nulli iudic.§.& hoc verò iubemus. & de mãda.princi.§.deinde competens eſt. hæc tamen authent. dicit omnino reſpuendam primam iuſſionem, niſi ſit pragmatica ſanctio: ex ea tamẽ, q̃uis recipiatur, nihil agitur, niſi fiat ſecũda iuſſio.

7 Item licet ſupplicare pro his, quę non ſunt iuri communi contraria, alioquin nõ tenet reſcriptum & à quolibet iudice debet refutari: niſi fortè eſt aliquid quod nõ lædat aliũ, & proſit petẽti: vt ſi mulier mortuo marito impetrat vt fruatur dignitate prioris mariti, vt D. de ſena.l.nuptæ. vel cum impetrãt præpoſiti ſacri cubiculi vt fruantur inſignibus dignitatis, cum vadunt ad inſpiciẽ-

dos

dos agros ſuos: vt infrà de præpoſitis ſacri cubiculi. l. fi. vel ſi lædit alium, nõ lædit multum, vt dictum eſt in moratoria præſcriptione: & dicitur aliàs in D. ne quid in loco publico. l. ij. §. ſi quis à principe. & ne quid in flumi. publ. l. j. §. ſunt qui putant. Et ſimilia notari poſſunt in iure, quod in libris noſtris reconditum eſt, vt D. de religioſi. l. ſi quis ſe. & locati & cõducti. l. habitatores & ſi vſusfructus petatur. l. j. §. vltimo.

8 Idem eſt, ſi crimen vel criminis pœnas ſupplicanti indulgeat: vt infra eo. l. reſcripta, vt dicitur de muliere nubente intra tempus luctus, quæ impetrat abolitionem infamiæ. Et idem in ſcænica muliere, & in aliis multis, vt infrà ad Tertullia. l. ſi qua. & de nupt. l. imperialis. & inſtitut. de iure natura. §. ſed & quod principi. de his tamẽ reſcriptis iuri contrariis dicemus plenius, infra ſi contra ius. &c.

9 Item licet ſupplicare à ſententia præfecti prætorio ſemel tantùm, ſi cognouit de cauſa principaliter: ſi autem ideo, quia appellatum eſt ad eum ſecũ-

dò, nec ſemel ſupplicari poteſt : & in hoc caſu non habet priuilegium præfectus: infra eod. l. ſi qs. & vt in rubrica illa dicitur, ne liceat in vna eademque cauſa tertiò prouocare, vel poſt duas ſentẽtias iudicum, quas definitio profectorum corroborauit, eas retractare.

10 Supplicatur autem, vel eiſdẽ pręfectis, vel aſſeſſoribus eorum, vel introducentibus cauſas: vt videtur voluiſſe Hyr. ex authent. ſignata. infra eodem titulo. Vel (quod eſt verius) petitio ſupplicationis. hoc eſt, ipſe libellus ſupplicationem continens, offerri poteſt vel cauſas introducentibus, id eſt executoribus, vel referendariis, vt infra authen. de referendariis, & vt litigantes iurent. §. vltimo. vel acceſſoribus præfecti: vel ipſi præfecto vel principi: ſed causã ſupplicationis audire, & examinare, & definirę, ſolus debet præfectus vel princeps. Et ſi quidem ſupplicetur intra decem dies: nihilominus mandatur executioni ſententia præfecti: vt tamen victor ſatisdet de reſtituendo tãtundem, ſi legitimè reſoluatur ſententia. Si autem

tem non ſupplicetur intra decem dies, mandatur quidem ſententia executioni, & ſine fideiuſſore: vt tamē victus intra biennium ſupplicare poſſit principi, computandum poſt ſucceſſionem iudicis, quod paſſiuè intelligo, id eſt, poſtea quàm Imperator ſucceſſit, vt infra de ſenten. præfect.. præfect, l. j.

11 Ex his cuilibet, patet ſupplicationem non ſortiri naturam appellationis, cùm & fiat ſemel tantùm. Item non impedit executionem. Item in ea prætenduntur vetera. In appellatione contra, vt D. de minoribus. l. prefecti. & nihil nouari appellatione pendente. l. j. Item & res multę, de quibus ſupplicare nō licet ſicut & quilibet proponere poteſt: ſecūdum illud generale, reſcriptū principis nullius eſſe momenti.

## ANNOTATIO.

* Offerri preces. ad huius concluſionis & totius materiam vide Specul. in titu. de ſupplicatio. §. j. & ij. Bart. in l. fin. C. vt lit. penden. Bald. & doct. in l. j. C. ne liceat in vna cauſa do. Iaſ. de May. in authen. quę ſupplicatio. in vlti. colū.

hoc eo.titu.multa per dom. Alexan.in conſi.34.in primo volu.

## Quando libellus principi datus litis conteſtationem faciat Rubrica.

1 SIcut patet ex rubrica, ſupplicatio principi facta, ſi tamen imperator ad eam reſcribat, vicē obtinet litis conteſtationis, quantum ad hoc vt perpetuetur in triginta, vel fortè in quadraginta annis: ſicut in cōteſtatione dicitur, infra de anna.exceptio.l.j.Itē fit tranſitoria ad hæredes & contra hæredes, vt l.j.& ita poteſt intelligi quod dicitur.D.de actionibus & obligationibus.l. conſtitutionibus. Hæc tamen non habent locum in qualibet actione, ſed in prætoria & annali. ciuiles enim, ſolitis, & communibus modis tantum perpetuantur, vt conteſtatione, & executoriis conuentione, debiti agnitione, non autem ſola libelli oblatione, vt infra de præſcri. xxx.annor.l.ſicut.& l.cum notiſſimi.in princip.

princi.& §. ſed & ſi quis debitorum. Et ex his etiam caſibus fit trãſitoria ad hæredes, vel contra: vt D. de actionibus & obligatio. l. cõſtitutionibus. In caſibus tamen etiã ciuiles actiones perpetuantur ſola libelli oblatione: hoc eſt, cũ impedior litem conteſtari cõtra reum vel propter furorem ſuum, vel dignitatẽ, vel abſentiam, vel infantiam, vt infra de annali exceptio. l. vt perfectius.

## *SVMMARIVM.*

1 *Supplicatio quando principi offerenda.*

2 *Supplicare quibus caſibus lite pendente, liceat.*

3 *Hæc rubrica habet locum in his quæ ſunt inter partes: ſed de his quæ non ſunt in controuerſia, quandoque licet ſupplicare.*

Vt lite pendente: vel poſt appellationem, aut definitiuam ſententiam, nulli liceat ſupplicare. vel ſic, vt lite pendente. ſuppaudi principalis cauſæ, vel poſt prouocationem, ſcilicet pẽdente cauſa



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0107-1

appellationis,aut poſt definitiuam ſententiam, ſcilicet quæ non poteſt retractari per appellationem, nulli liceat imperatori ſupplicare. Rubrica.

1 DIctū eſt quis ſupplicet, &c. vi & de quo: nūc audiamus quando ſit ſupplicādum, Et quidem ſi ſupplicetur ante litem conteſtatam admittitur ſupplicatio pro executione iuris communis, vel iuſtitia communi: ſi tamen præſes, vel defenſor loci, primo fuerit aditus, qui circa ius commune partes ſuas ad plenum non potuerunt accommodare: vt in authen. de māda. princ. §. ſi tibi quoque & vt differentes iudices. in princi. & §. ſi quis autem ſi fiat ſupplicatio, vt detur priuilegium, tenet etiam his prętermiſſis: quia nec ſufficientes eſſe potuerunt in dando priuilegiū ſi vero fiat poſt litem, nullo modo tenet, vt in rubrica. & infra eo. l. vlti.

2 In caſibus tam en ſupplicatur, etiam pendēte lite, hoc eſt, vt edantur, acta, vel ſententiæ editio, id eſt, ipſa ſententia

tẽtia edita: vt infra eod. l. ij. vel vt alius aſſocietur iudex: vel vt terminetur cauſa, vel vt citius ipſa finiatut, vt in authẽ. in medio litis non fieri ſacras for. §. ſuper hoc colla. viij.

3 Illud no. quòd locum habet hæc rubrica, quãdo ſupplicatur pro iis quæ ſunt partes in lite. Pro his autem quæ non ſunt in controuerſia, quandocunque etiam licet ſupplicare, ſcilicet vt detur priuilegium ducendi aquã de flumine publico, vel ædificandi in publico ſine magno incommodo aliorum: vel ne petatur ad tempus, quod certum eſt deberi: & idem in conſimilibus.

# INDEX RERVM ET VERBORVM.

A

A Principe denegante propoſitionem erroris, an poßit appellari ad futurum cõcilium. fol 37. & 38
A Principe ſupremo quando ſit appellandum. 39
Ab ordinationibus non eſt appellãdum. 41
A quibus ſit ſupplicandum. 25. 26. 27 28
A commiſſariis regis an ſit appellandũ. 72
Acquieſcens arreſto non ſupplicat. 60 & 61
A loca tenentibus Regis, an ſit appellan. 29
An à magiſtris computorum appellandum ſit. 28
Appellationis ſententia qualis eſſe debeat, & appellationis. 65
poſt Appellationem renuntiatam, an ſupplicari poßit. 51. 52. & 53
vbi Appellatio competit non proponitur error. 14 & 15

Arre

Arreſtum an ſit exequendum pendente ſupplicationis proceſſu. 31
Arreſtum executioni mandatur etiam pro illo qui errores allegat. 32
Arreſtum non prætextu iniquitatis damnatur. 61
C
Cancellarius ſine regis permiſſu literas ſupplicationis non concedit. 19
Cauſa in conſiſtorio principis mota non capit deſertionem. 64
Caſus in quibus ſupplicatio non conceditur. 41. & 42.
Cautio in executione, an danda ſit. 69. & 70
Contra ſententiam principis nullitas, an proponebatur. 78. & 79
Crimen & pœna criminis ſupplicanti remitti poſſunt. 99
in Criminalibus non proponitur error. 58. 59
D
De Philippo Macedone Rege. 40
De ſupplicatione. 80
Differentia inter appellationem & ſupplicationem. 68. & 69
E
Effectus ſupplicationis. 75. 76

Epiſcopus aduerſus ſui officialis ſententiam restituit. 8
Errore facti non iuris proponitur. 13. & 14
vbi appellatio competit non proponitur Error. 14. & 15
iudicatum per Errorem iudicatum dici non poteſt. 17
Errores non expreſſi in literis, accipi an poſſint. 23
quoties Erroris propoſitio recipitur. 35
à principe denegante propoſitionem Erroris, an poſſit appellari ad futurum concilium. 37 & 38
Error in acceſſoriis non liberat ab emēda. 48
Erroris propoſitio ſemel recipitur. 56
Error iuris non allegatur ſupplicatione. 56 & 57
Error non proponitur in criminalibus. 58 & 59
Executio etiam in expenſis fit. 33

F

Forma impetrandi ſupplicationem. 18

G

Gratia quando denegetur. 58

H

Hiſpanica lex. 44



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0112-9

Hiſpania conſtituta. 48

I

In quibus debent condemnari partes. 23
Introduci ſupplicatio quando ſoleat. 18
Inuenta cur ſit hac ſupplicatio? 16.& 17
Iudicatum per errorem, iudicatum dici non poteſt. 17
Iura loquentia in cauſa appellationis, an locum habeant in ſupplicatione. 74

L

Literæ ſupp. qd continere debeant. 20.& 21

M

Mulcta apud grapharium deponi ſolet. 22

N

Non ſubditus etiā ſupplic. impetrat. 24.25

P

Partes in quibus cōdemnari debent. 25
Pars ſupplicationem petere ſolet. 13
totum Parlamentum in errorum deciſione, an ſit congregandum. 66.& 67
Pēdēte appellatione nihil eſt innouādum. 89
Poſt annū non recipitur ſupplicatio. 43
Preces qualiter offerri debent. 96
Pro modico non datur ſupplicatio. 55

Q

Qualiter ſupplicari debeat. 81
Quando ſupplicatio concedatur. 36

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0113-4

Quando iudices, qui iudicarunt non interſint ſupplicationi errorum. 30
Quibus perſonis ſupplicetur. 100
Quid ſit ſupplicatio. 12
Qui ſupplicare poßint. 96
Quoties erroris propoſitio recipitur. 35

R

Reſcriptum differens arreſti executionē non valet. 33. & 34
Reus volēs pſequi, an deponere teneatur. 46

S

Sed quid de paupere, qui ſummam conſignare non poteſt. 45
Sentētia in ſupplicatione & appellatione. 73
à Sententia ſemel tantum ſupplicatur. 86
Sententia appell. qualis eſſe debeat, & ſup. 65
Seruus poteſt pro D ſupp ſed nō appellare. 88
Simpliciter ſupp. ante ſentēt. nō licet. 89. 93
Subiecti principi poſſunt ſupplicare ei, vt puniat præſidē, q furtū cōmiſit. dur. offi. 97
Supplicari poſſe à ſententia Præfecti, qualiter intelligatur. 82
Supplicationis cauſam examinare. 83
Supp. & appell. quare nō ſint eiuſd. nat. 84
Supp. poteſt pro dilatoria excep. nō perēp. 85
Supp. talis eſſe debet q petenti pſit. 86

Supp

*Supplicare licet, vt electio facta per pecuniã, vel aliàs contra legẽ, reducatur in melius 97*
*Supp. licet p̃ moratoria p̃ſcriptione. 98*
*Supp. licet p̃ iis q̃ fiſco dãnoſa nõ ſunt. ibid.*
*Sup. licet p̃ iis q̃ nõ ſunt iuri cõi cõtrariæ ibi.*
*Supp. quãdo liceat à ſentẽtia p̃fecti p̃torio. 99*
*Supplicationis effectus qui ſunt. 101*
*Supplicatio quando principi offerenda. 104*
*Sup. quib. caſib. lite pendente liceat. ibid.*
*Supp. Principi facta, ſi tamen Imp̃ator ad eã reſcribat, vicem obtinet litis cõteſt. 102*
*Supp. à Principe tantũ obtineri poteſt. 15*
*Supp. non recipitur poſt annum. 43*
*Sup. an cõcedatur, ſi appellatio denegetur. 49*
*Supplicatio contra ſententiam interlocutoriam non recipitur. 54. & 35*
*Supplicatio non datur pro modico. 55*
*Sup. volens acta ab actuario nõ repetit. 59*
*Supplicationis inſtantia intra quod tempus finiri debeat. 62. & 63*
*Supplicatio ex eiſdem actis iudicatur. 64. 65*
*Supplicat. in criminalib. an admittatur. 71*
*Supplicationis effectus. 75. 76. & 93*
*Supplicatio quæ Deo & hominibus fit, multiplex. 4*

Supplicandi veterum mos. 5
Supp. Parlamenti conſiliariis dari ſolet. 6
Supplicationes, quæ inferioribus offeruntur ante ꝓceſſum, in ꝓceſſu & poſt fiunt. 7
Supplicatio quid continere debeat. 9.10.11
Supplicationem pars petere ſolet. 13
Supplicatio à Principe tantũ obtineri põt. 15
Supplicatio cur ſit inuenta. 16. & 17
Supp. quando ſolet introduci. 18
Supplicatio quomodo impetrari debet. 18
Supplicationem quis poſtulare poßit. 24
Supplicatio quando concedatur. 36
Supp. in qb. caſibus non conceditur. 41. & 42

T

Totius tractatus ſumma. 8
Totum Parlamentum in errorum deciſione, an ſit congregandum. 66. & 67.

V

Vbi appellatio competit non proponitur error. 14. & 15
Venia poteſt per ſupplicationem ſuper pœna criminis impetrari. 85

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0117-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0118-2

Kf 2030
(X 22 17837)
56.
V0 17 M.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0119-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0120-3

# DE SVPPLICATIONIBVS SEV ERRORVM PROPOSITIONIBVS VVLGO REuiſionibus

TRACTATVS OMNIBVS QVI *in foro verſantur perquam utilis & neceſſarius.*

AVTHORE DOM. PETRO REBVFFO DE MONTEPESSVLANO,
Iurium Doctore ac comite.



B D

SPIRÆ
Typis Bernardi Albini, An. 1587.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242410-p0121-9